 35 ordo quo mouentur celestia corpora, ex eorum consideratione estimabant posse per certitudinem futuros hominum prenosci euentus, nisi quatenus ad hoc hominibus experientia deficit. Et quia secundum horum sententiam omnes actus humani
 40 ex syderum necessitate proueniunt, consequens est ut etiam ipsi humani actus qui requiruntur ad sortes secundum syderum dispositionem procedunt ut hoc uel illud proueniat; puta, si
 45 geomanticus puncta describat in puluere, manum eius moueri asserunt secundum celi uirtutem ad hoc quod talis numerus punctorum proueniat qui sit conueniens dispositioni celesti; idemque in ceteris similibus dicunt. Et sic secundum ea que proueniunt ex huiusmodi actibus dicunt
 50 futura posse prenosci, secundum quod procedunt

88 etiam] et add. C¹ γ(-N¹)

90 et] uel L¹N¹T¹

95 scilicet om. γ

103 excedentis] -dens γ

104 in γ] scilicet α

115 aruspicio] auspiciis γ

4. 8 regimine om. γ

20 decernatur] determinatur Ve¹ γ

36 estimabant] -imant γ

38 ad γ] ab α

90 aque: supple 'feruentis'; cf. *De rethor. C.* 2 q. 3 c. 20 (I, 483).

115 aruspicio: Isid. *Etyim.* VIII c. 9 n. 17: «...exta pecudum inspicunt» (PL 82, 312 D).

122 apertione librorum: cf. Raymundus *Summa de penitentia* I tit. 11 § 1: «Fit diuinitio...varia inspectione Psalterii, Evangeliorum et aliarum scripturarum» (ed. Lugduni 1718, p. 102 b).

4. 7 Quidam...: «Huius positionis uidetur fuisse Tullius, ut dicit Augustinus in V De ciuitate Dei» (*Qu. De ueritate* q. 5 a. 10 lin. 101).

32 Alii...: scilicet Stoici, Pharisei, Priscillianistae et antiqui Naturales, sec. Thomam *Contra Gent.* III c. 85.

ex uirtute celestium corporum ex quibus humanos euentus disponi existimant.

Et sic secundum hanc opinionem sors diuinatoria locum habet, per quam considerantur futuri euentus; et per consequens consultoria, que dependet ex consideratione futurorum euentuum; diuinatoria etiam sors locum habebit, non solum quantum ad hoc quod rerum diuisio fortune relinquitur, sed etiam quantum ad hoc ut sic possideantur res sicut dispositio celestis requirit. Et quia non solum actus humanos, sed etiam ceterorum animalium motus atque omnium naturalium corporum, syderibus dicunt esse subiectos, secundum predictam rationem dicunt per auguria et alios predictos inquisitionis modos ad idem genus pertinentes posse futura prenoscere, in quantum hos motus uel dispositiones ex uirtute syderum dicunt procedere; unde huiusmodi nominant stellas secundas, quia in hiis impressio quedam apparet celestium corporum. Et quia homo dormiens non habet perfectum rationis usum sed secundum ymaginationem mouetur, ex predicta etiam causa dicunt sompnia uim diuinationis habere, in quantum scilicet motus fantasmatum que apparent in sompnis ex corporum celestium dispositione procedunt.

Sed et hec opinio expressam continet falsitatem. Non enim est possibile quod celestia corpora in aliquid incorporeum imprimant, quia quodlibet incorporeum est uirtuosius et nobilius quolibet corpore. Intellectus autem humanus neque est corpus neque uirtus corporis organici, ut Aristoteles probat: alioquin non posset omnium corporum naturas cognoscere, sicut oculus non posset uidere omnes colores si pupilla esset aliquo colore affecta; impossibile est ergo quod corpus celeste imprimat in intellectum humanum. Voluntas autem in intellectiua parte est et mouetur a bono per intellectum apprehenso; unde pari ratione corpora celestia in eam imprimere non possunt. Omnes autem humani actus principaliter ex intellectu et uoluntate procedunt; non possunt igitur per certitudinem futuri hominum actus prenoscere per inspectionem celestium corporum, et multo minus per inspectionem quorum-

cumque aliorum que ab eis mouentur, puta per garrum auium, descriptionem punctorum et per alia supradicta. Manifestum est autem quod humanarum rerum euentus plurimum ex actibus humanis dependet; unde nec euentus humanarum rerum per predicta possunt prenoscere.

In quantum autem humanarum rerum euentus dependent ex aliquibus corporeis causis, sicut habundantia frugum ex siccitate aeris uel pluuiarum descensu, nichil prohibet eos ex inspectione stellarum posse prenoscere, et per consequens ex consideratione aliorum corporalium que dispositionem stellarum sequuntur; quia, sicut Augustinus dicit in V De ciuitate Dei, « non usquequaque absurde dici potest ad solas corporum differentias afflatus quosdam ualere sydereos, sicut solaribus accessibus et recessibus; uidemus etiam ipsius anni tempora uariari et lunaribus incrementis atque decrementis augeri aut minui quedam genera rerum »: unde et naute ex consideratione stellarum et motu animalium prenoscunt uentos et tempestates futuras. Nec tamen erit de sortibus similis ratio, quia per sortes non solum de actibus humanis inquirunt, sed etiam per humanos actus inquisitio ipsa procedit; unde non potest dici quod ipsa projectio sortium corporum celestium dispositionem ex necessitate sequatur.

Quia tamen ad actus humanos non solum concurrunt uoluntas et intellectus que impressioni syderum non subduntur, sed etiam sensitiua pars anime que, in eo quod corporali utitur organo, necesse est quod corporibus celestibus subiciatur, potest dici quod ex dispositione celestium corporum aliqua inclinatio fit in nobis ad hec uel illa facienda: in quantum scilicet ad hoc inducimur per ymaginariam apprehensionem et per appetitus sensitiui passiones, scilicet iram, timorem et alia huiusmodi ad que homo est magis uel minus dispositus secundum corporalem complexionem, que subditur dispositioni stellarum. Quia tamen homo per intellectum et uoluntatem ymaginationis fantasmata et sensibilis appetitus passiones reprimere potest, ex stellarum dispositione nulla necessitas inducitur homini

58 quod rerum...ad hoc hom. om. α 82 neque] est add. α(-Ve¹) neque uirtus om. Ve¹ corporis organici T²γ] in corpore organi Pr⁴ corpore organi C¹ corporei organi Ve¹ 88 in] post intellectus N¹Po¹ et Ve¹ om. C¹ Li² 99 plurimum] -mi T¹γ 100 dependet] -dent N¹Po¹ T¹ 102 autem N¹Po¹] enim α tamen est. 110 ad γ] quod prae. Ve¹ quod est. 113 etiam] enim γ

69 stellas secundas: Cf. *Centiloquium* 13 « Quando promiserit celestis uis aliquid accipere testimonium in secundis astrorum »; et in Commento Hali: « Cum stelle cum secundis suarum aliquid promiserint, adiuuant secunde stellarum super omnia que in hoc mundo ipse operantur » (cod. Paris, B. N. lat. 16204, fol. 544 va et fol. 538 ra); et Albertus *Meteororum* I tr. 3 c. 5 « dicunt...Hali et Abraham et Bugaforus quod secundae stellarum sunt effectus stellarum in uapore ignito et elevato, sicut in comete et assub et huiusmodi » (ed. Borgnet 4, 503). 83 Arist. *De anima* III 1 [7] (429 a 18-27). 109 Cap. 6 (PL 41, 146; CCL 47, 133).

ad agendum, sed quedam inclinatio sola quam sapientes moderando refrenant; propter quod et Tholomeus dicit in Centilogio quod « sapiens homo dominatur astris », id est inclinationi que
 145 ex astrorum dispositione relinquitur. Stulti uero omnino secundum eam aguntur, quasi ratione non utentes: in quo parum discordant a bestiis, secundum illud Psalmi « Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis
 150 insipientibus et similis factus est illis ».

Et 'quia stultorum, secundum Salomonem, infinitus est numerus', in paucis autem perfecte ratio dominatur, in pluribus hominum inclinationes celestium corporum sortiuntur effectum.
 155 Et propter hoc quandoque astrologi ex inspectione stellarum uera prenuntiant, precipue circa communes euentus, quamuis in particularibus frequenter deficiant propter rationem que corporibus celestibus non est subiecta; unde et in protractione
 160 punctorum geomantie actores hoc obseruandum putant ut ille qui protrahit puncta absque premeditatione rationis procedat, et ille qui consultat quasi interiori sollicitudine instigatus interroget, non quasi ex deliberatione rationis; quod etiam in
 165 omnibus talibus consultationibus dicunt esse obseruandum.

Quamuis autem secundum predictae inclinationis modum celestia corpora disponant ad aliquos actus humanos necessitatem non imponendo,
 170 non tamen ad omnes euentus humanos talis inclinatio se potest extendere. Corpora enim celestia naturaliter agunt; est autem hoc nature proprium ut ad unum aliquid tendat, sicut et actio rei naturalis ab uno procedit principio,
 175 scilicet a propria forma rei, que est naturalis actionis principium. Intellectus uero agit per formas mente conceptas, que in eodem possunt multiplicari; et ideo potestates rationales non determinantur ad unum sed se habent ad multa.
 180 Ea uero que in humanis euentibus casualiter accidunt per accidens sunt, puta quod homo fodiens sepulcrum inueniat thesaurum; quod uero per accidens est non est unum, unde nullum agens naturale inclinare potest ad id quod per
 185 accidens euenit. Posset igitur esse in homine

aliqua inclinatio naturalis ut sepulcrum foderet, quia hoc aliquid unum est, et similiter ad hoc quod thesaurum quereretur; sed hoc quod fodienti sepulcrum thesaurus occurrat non potest causam naturalem habere. Non igitur, etiam per modum
 190 inclinationis, ad omnes humanos euentus secundum predictam opinionem sortium inquisitio efficax esse potest.

Sed intellectus potest accipere ut unum quod contingit per accidens, ex multis unam compositionem formando; et ideo nichil prohibet aliqua
 195 que per accidens euenire uidentur ab intellectu esse preordinata, puta si quis lapidem in uia ponat ut qui ab eo mittitur impingens cadat: casus quidem euntis per accidens est secundum eius
 200 propositum, est autem dispositum per intellectum alterius eum mittentis. Et secundum hunc modum alii dicunt quod ea que in humanis euentibus secundum nos uidentur esse fortuita, ab aliquo
 205 superiori intellectu ordinantur. Supremus autem intellectus Deus est qui, sicut sua sapientia uniuersa produxit in esse, ita etiam eadem sapientia conseruat et mouet omnia, dirigens ea
 210 in debitum finem, secundum illud Sap. viii¹ « Attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suauiter ».

Diuina autem dispositione non solum mouentur corpora, sed etiam hominum mentes ad proprias actiones; a Deo enim illuminatur intellectus
 215 humanus ad ueritatem cognoscendam, unde Psalmista petebat « Illumina oculos meos ne umquam obdormiam in mortem »; eius uirtute mouentur hominum uoluntates ad desiderandum et agendum, secundum illud Apostoli ad Phil. ii²
 220 « Deus est qui operatur in nobis et uelle et perficere pro bona uoluntate ». Et quia intellectus et uoluntas sunt propria principia actuum humanorum, consequens est quod humani actus subdantur
 225 dispositioni diuine, secundum illud Ys. xxvi³ « Omnia opera nostra operatus est in nobis ». Quia igitur et humani actus et exteriorum rerum motus prouidentie diuine subduntur, quid unicuique accidere debeat ex diuina dispositione
 230 procedit, per quam quidam sui propositi debitum finem assequuntur; unde Psalmista petebat « Dirige

147 discordant] -dat C' N^oPr^o 153 in pluribus] ut *pram.* γ 156 uera Po¹] ut *est.* 159 protractione Pr⁴ γ] pertractione Ve¹
 pertractione *est.* 167 predictae] -ctum γ 173 aliquid] aliquod Pr⁴ aliquod *ante* unum N^oPo¹ aliquem Li²Pr^o 179 sed se habent] sed
 N^oPo¹ se habent Li²Pr^o 187 aliquid] aliquod γ 188 fodienti sepulcrum *ins.* γ 197 ab] aliquo *add.* γ 199 ut Li²T³] et N^o ad Pr^o
 ad quem Po¹ *om. est.* 199 mittitur] submittitur γ(-Po¹) 200 eius propositum *coni. cum* Po¹] esse propositum α expositum γ(-Po¹)
 202 *It om.* γ(-Po¹) 208 mouet] promouet γ 209 viii *om.* γ 214 enim *om.* γ(-Po¹) 217 eius] et *pram.* Li²Pr^o et *add.* N^o
 et eius *add.* Po¹ 221 perficere] proficere C'Ve¹ N^oPo¹ 229 quidam] quidem N^o α

143 Centilogio: huic operi effatum illud ascribit Albertus *Super Sent.* II d. 15 a. 4 (Borgnet 27, 276 b), item Thomas I-II q. 9 a. 3 ad 3 (cf. Praef. § 23).
 148 Ps. xlviii¹⁰. 151 Eccl. i¹⁴. 160 obseruandum putant: v. gr. Hugo Sancellensis op. laud.: « Ad hoc tamen negotium exequendum
 nullus sollicitie mentis opifex » (cod. 7354, f. 3 r; ed. P. Tannery, l. c., p. 375). 216 Ps. xii⁴. 230 Ps. xxiv⁴.

me in ueritate tua ». Et interdum etiam homines in aliquod bonum dispositione diuina inducuntur preter eorum propositum; unde et Apostolus dicebat ad Eph. iii²⁰ quod «Deus potens est
235 facere omnia superhabundanter quam petimus aut intelligimus ». Similiter etiam ex diuina dispositione procedit quod homines deficiunt a suo proposito, secundum illud Iob v¹² «Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint
240 implere manus eorum quod ceperant ». Interdum etiam ex diuina dispositione deiciuntur aliqui in aduersa que nec timere potuerunt, secundum illud Ys. xxxiii⁷ «Ducent eam longe pedes sui ad peregrinandum; quis cogitauit hoc super Tyrum
245 quondam coronatam?»; et postea subditur «Dominus exercituum hoc cogitauit ». Et inde est quod dicitur Ier. x²³ «Scio, Domine, quia non est hominis uia eius, nec uiri est ut ambulet et dirigat gressus suos ».

250 Ex hiis ergo patet quod humanarum rerum euentus non subduntur totaliter dispositioni humane sed dispositioni diuine: ex qua contingit quod quidam ad ampliora bona perueniant quam excogitare potuissent, qui dicuntur bene fortunati; 255 quidam uero ab hiis que prudenter disponunt deficiunt et ad inopinata mala deueniunt, qui infortunati dicuntur. Hoc autem non solum auctoritate diuina firmatur, sed etiam ex sententiis philosophorum patet; Aristotiles enim in libro
260 De bona fortuna sic dicit «Rationis principium non ratio sed aliquid melius. Quid igitur erit melius scientia et intellectu nisi Deus? Et propter hoc bene fortunati uocantur qui, si impetum faciant, dirigunt sine ratione existentes; habent
265 enim principium tale quod melius intellectu et consilio ».

Sic igitur secundum predeterminata ex diuina dispositione inquisitio sortium efficaciam potest habere, in quantum et euentus exteriorum rerum
270 diuine dispositioni subicitur et per ipsam humani actus diriguntur. Et sic potest contingere, Deo faciente, ut humani actus talem sortiantur effectum siue processum qui competat exteriorum rerum euentibus; unde dicitur Prouerb. xvi³³ «Sortes
275 mittuntur in sinu, sed a Domino temperantur », et Dionysius dicit v cap. Ecclesiastice ierarchie

«De diuina sorte que super Mathiam diuinitus cecidit alii quidem alia dixerunt, non religiose sicut arbitror; meam autem et ipse intentionem
280 dicam: uidentur enim michi eloquia sortem nominare thearchicum — id est diuinum — quoddam donum demonstrans illi ierarchico choro — id est apostolico — a diuina electione susceptum ». Per quod datur intelligi ad sortem
285 pertinere, cum ex dono Dei per certum effectum humanorum actuum declaratur hominibus quid diuina dispositio habeat, uel in rebus diuidendis, quod pertinet ad diuisoriam sortem, uel in rebus
290 agendis, quod pertinet ad consultoriam, uel in futuris prenoscendis, quod pertinet ad diuinatorem sortem.

Considerandum tamen quod diuina dispositio quorundam spirituum ministerio impletur, secundum illud Psalmi «Benedicite Domino omnes angeli eius », et postea subditur «ministri eius
295 qui facitis uoluntatem eius »; unde eorum operatio in omnibus diuine dispositioni concordat, et sic de hiis que per eos aguntur idem est iudicium et de hiis que aguntur dispositione diuina. Sunt tamen quidam deceptores spiritus, quos demones
300 nominamus, qui, quamuis quantum in ipsis est dispositioni diuine renitentur, utitur tamen Deus eis ad sue dispositionis impletionem, sicut et malis hominibus utitur ad implendum sue
305 uoluntatis, ut patet in tyrannis quorum nequitia usus est ad coronas martiribus fabricandas. Huiusmodi autem immundi et fallaces spiritus ambiunt honorem diuinitatis sibi ab hominibus
310 deferendum, et ideo illis rebus se ingerunt que ad Deum pertinere uidentur, ut diuinitatis honor eis ab hominibus deceptis exhibeatur. Et inde est quod ymaginibus quas a principio fecerunt
homines ex inordinato affectu ad mortuos demones se indiderunt, in quibus responsa dabant ut ex
315 hoc diuinum sibi honorem conquirent.

Similiter autem cum per sortes uel quolibet alio modo homines preter debitum ordinem occulta exquirunt, ingerunt se demones ut diuinationis pretextu homines in errorem inducant; unde Augustinus dicit in II Super Genesim ad
320 litteram, de mathematicis loquens qui per astra futuros euentus prenuntiant, «Fatendum est,

241 aliqui T⁹Ve¹ Po¹] alique C¹ om. L¹ aliqua est. 247 quia] quod γ 258 etiam om. γ 264 existentes] euntes γ(-Po¹)
280 enim] autem Po¹ om. C¹ N¹ 282 ierarchico γ] thearchico α 300 tamen γ] enim α 315 diuinum sibi in. γ

260-66 *Ethica Eudimica* VII c. 14 (1248 a 27-32) sec. translationem quam edidit Th. Deman *Le Liber de bona fortuna dans la théologie de S. Thomas d'Aquin in Rev. des sc. phil. et théol.*, 17 (1928), p. 40. 276 *Eccles. hier.* cap. 5 (PG 3, 513 A) Ioh. Sarraceno interprete (Dionysiaci 1364-65). 294 Ps. cxi⁹. 312-15 ymaginibus...: cf. Isid. *Etym.* VIII c. 11 nn. 4-5 et 15 (PL 82, 314 D-315 A et D). 320 Cap. 17 (PL 34, 278; CSEL xxviii, 1, 61).

inquit, quando ab istis uera dicuntur, instinctu
quodam occultissimo dici quem nescientes humane
mentes patiuntur; quod cum ad decipiendos
homines fit, spirituum immundorum et seduc-
torum operatio est »; et in II De doctrina
christiana dicit omnia huiusmodi diuinationum
genera ad pacta quedam cum demonibus inita
pertinere. Et ab hoc non discordat sententia
Maximi Valerii, qui dicit quod « omnium obser-
uatio aliquo contractu religionis innexa est,
quoniam non fortuito motu sed diuina prouidentia
constare creditur ».

Patet igitur ex premissis unde sortes efficaciam
habeant.

CAPITVLVM QVINTVM

IN QUO OSTENDITUR

UTRUM SORTIBUS LICEAT UTI

Hiis igitur uisis, de facili patet utrum sortibus
liceat uti. Et primo quidem manifestum est quod
nulli christiano licet cum demonibus aliquod
societatis pactum habere; dicit enim Apostolus I
ad Cor. x⁸⁰ « Nolo uos socios fieri demoniorum ».
Ad quam societatem pertinent non solum mani-
feste demonum inuocationes quibus nigromantici
utuntur, sed etiam quaecumque occulta pacta cum
demonibus inita; et ideo Augustinus in II De
doctrina christiana, premissis diuersis superstitiosis
hominum observationibus, subdit « Omnes artes
huiusmodi uel nugatorie uel noxie superstitionis,
ex quadam pestifera societate hominum et demo-
num quasi pacta infidelis et dolose amicitie
constituta, penitus sunt repudianda et fugienda
christiano ». Vnde et Deut. xviii¹⁰⁻¹¹ dicitur
« Non inueniatur in te qui lustrat filium suum
aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos
sciscitetur et obseruet sompnia atque auguria;
ne sit maleficus neque incantator, nec phitones
consultat, neque querat a mortuis ueritatem ».

Sed adhuc dubitatio restat, que sint dicende
superstitiose inquisitiones sortium uel quarum-
cumque diuinationum per quas pacta cum
demonibus contrahantur. Cuius quidem dubita-
tionis solutio haberi potest ex premissis Augustini

uerbis, si subtiliter discutiantur. Dixit enim per
artes nugatorie uel noxie superstitionis pacta
cum demonibus fieri. Noxia autem superstitio
dicitur que aliquid manifeste illicitum continet,
sicut inuocationes et sacrificia demonum uel
quocumque huiusmodi. Nugatorium autem dicitur
quando quis utitur re aliqua ad quod uirtus
eius extendi non potest, hoc enim in uanum
fieri uidetur: uana uero nugatoria dicimus;
puta, si eger medicinam assumat contra morbum
quem potest sanare non est superstitiosa nugatio,
sed si quis collo alliget quedam que omnino ad
rem non pertinent, etiam secundum sententiam
medicorum, hoc ad nugatoriam superstitionem
pertinere uidetur. Et simile est, cum uestis a
soricibus roditur, plus timere suspicionem mali
futuri quam presens dampnum dolere; et multa
exempla huiusmodi Augustinus ponit ibidem.

Ad que autem uirtus sortium se possit extendere,
haberi potest ex premissis. Ostensum est enim
quod celestium corporum uirtus extendit se ad
corporales effectus, non autem ad immutandum
liberum arbitrium; unde si quis astrologum
consultat utrum sit estas futura pluuiosa uel sicca,
non est nugatoria consultatio, sicut esset si
quis eum consuleret utrum sibi fodienti sepulcrum
thesaurus occurrat, uel quid sibi interroganti
alius sit responsurus: unde talis consultatio ad
societatem demonum pertinet, qui inordinatis
hominum motibus se immiscet.

Idem quoque est in augurio obseruandum; si
quis enim cornicula frequenter crocitante mox
futuram prenuntiet pluuiam, non est nugatorie
superstitionis: mouentur enim animalia quodam
naturali instinctu ex impressione celestium cor-
porum secundum dispositionem aeris ad temporis
cognitionem, secundum quod est necessarium
nature ipsorum, secundum illud Ier. viii⁷ « Miluus
in celo cognouit tempus suum, turtur et yrundo
et ciconia custodierunt tempus aduentus sui ».
Similiter etiam si quis ex subito uolatu auium
denuntiet ibi latere insidias unde aues uolando
recesserunt, non est superstitio sed humana
industria; si uero per motum uel garritum auium
de humanis actibus prenuntietur aliquid, super-
stitiosum est.

324 dici] die C'pPr⁴ dicere Ve¹ dei T¹ 333 fortuito] -tuitu α(-Pr⁹) fortitudo N¹Pr²⁰

5. 4 quidem om. α 5 cum demonibus(-nio T¹) γ] om. α(-T¹) 20 ariolos scrips. cum T¹ Po¹ ariolos est. 23 neque] atque γ
(-Pr²⁰) 29 Dixit] dicit γ(-Pr²⁰) 32 aliquid] aliquod γ 35 re aliqua] aliquo γ 44 roditur con]. cum Ve¹ traditur(?) T¹ reddi-
tur est. 58 immiscet Pr²T¹] -scet Po¹ intret N¹ intrent Li¹Pr²⁰ immitent C¹ immittunt Ve¹ 67 in celo post cognouit γ

327 Cap. 20 n. 30 et cap. 23 n. 36 (PL 34, 50 et 53; CCL 32, 54 et 58); eadem habet *Decretum Gratiani* C. 26 q. 2 c. 6 (I, 1021-1022). 331 *Facta et dicta memor.* I c. 5 initio (ed. Kempf 1888, p. 21).

5. 11 Cap. 23 n. 36 (PL 34, 53; CCL 32, 58). 28 premissis: supra 13-17. 46 ibidem: *De doctr. christ.* II c. 20 nn. 30-31 (PL 34, 50; CCL 32, 54-55) et *Decretum* I. c.

75 Simile etiam est in sortibus et in omnibus
similibus obseruandum quod quicquid aliquam
certam causam potest habere, uel naturalem uel
humanam uel diuinam, superstitiosum non est; sed
80 solum illud nugatorium dicitur et superstitiosum
quod certam causam habere non potest: et
hoc ad societatem demonum pertinet, qui talibus
rebus efficaciam aliquando prestant ut uanitatibus
animos hominum implicent, unde et in Psalmo
dicitur « Beatus uir cuius est nomen Domini
85 spes eius et non respexit in uanitates et insanias
falsas ». Has igitur sortes sacri canones dampnant
que, dum noxia uel nugatoria superstitione fiunt,
ad societatem demonum pertinent.

Si autem ea que naturalem uel humanam
90 causam habent culpa carent, multo magis ea que
diuino auxilio innituntur; nam ad beatitudinem
hominis pertinet secundum Psalmum ut nomen
Domini sit spes eius; et ideo si per sortium
projectionem aliqui diuinum requirant iudicium,
95 non est secundum se peccatum. Dicit enim
Augustinus, super illud Psalmi ' In manibus tuis
sortes mee ', « Sors non est aliquid mali, sed res in
humana dubietate diuinam indicans uoluntatem ».

Sciendum tamen quatuor modis in huiusmodi
100 sortibus peccatum posse contingere. Uno modo,
si absque ulla necessitate putet aliquis ad sortes
esse recurrendum; hoc enim uidetur esse temptare
Deum, si quis habet quid faciat ex humana
industria, et eo pretermisso putet esse requirendum
105 diuinum iudicium: dicitur enim II Paral. xx¹²
« Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum
habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad
te ».

Secundo, si absque debita reuerentia et deuotione,
110 etiam in necessitate, sortibus requirat
diuinum iudicium; unde Beda dicit Super Actus
apostolorum « Si qui necessitate aliqua compulsi
Deum putant sortibus exemplo apostolorum esse
consulendum, uideant hoc ipsos apostolos non
115 nisi collecto fratrum ceto et precibus ad Deum
fuis egisse ».

Tertio, si diuina oracula ad humana et terrena
negotia conuertantur; unde Augustinus dicit
Ad inquisitiones Ianuarii « Hii qui de paginis

euangelicis sortes legunt, etsi optandum sit ut
id potius faciant quam ad demonia consulenda
concurrant, tamen ista michi displicet consuetudo
ad negotia secularia et ad uite huius uanitatem
diuina oracula uelle conuertere ».

Quarto, si id quod est per diuinam inspirationem
125 faciendum aliquis forte uelit sorti committere,
sicut ad ecclesiasticas dignitates sunt homines
promouendi per concordiam electionis quam
Spiritus Sanctus facit; et ideo illicitum esset in
huiusmodi electionibus sorte uti, faceret enim
130 iniuriam Spiritui Sancto qui humanum sensum
instruit ad recte iudicandum, secundum illud
I ad Cor. ii¹⁵ « Spiritualis iudicat omnia ». « Qui
autem sorte eligitur humano iudicio non compre-
henditur », ut dicit Ambrosius Super Lucam.
135 Unde sicut Beda dicit Super Actus apostolorum
« Mathias ante Pentecosten ordinatus sorte que-
ritur — quasi nondum Spiritus Sancti plenitudine
in Ecclesiam effusa —, septem autem diaconi
postea non sorte sed discipulorum electione,
140 apostolorum uero oratione et manus impositione
sunt ordinati ».

Predicta autem necessitas in qua licitum est
per sortes diuinum iudicium implorare, maxime
uidetur locum habere quantum ad consultoriam
145 sortem, quia et apud antiquos iustos frequenter
inuenimus aliquos Deum in dubiis negotiis
consultasse, sicut legitur I Reg. xxx⁸ quod
« consuluit Dauid Dominum dicens: Persequar
an non latrunculos hos et comprehendam eos? ».

Potest etiam huiusmodi necessitas ad sortem
pertinere diuisoriam, quando scilicet contradic-
tiones hominum super rerum diuisione aliter
sopiri non possunt nisi per sortes diuino iudicio
committatur, secundum illud Prouerb. xviii¹⁸
155 « Contradictiones comprimit sors et inter potentes
quoque diiudicat ». Nec solum in rerum diuisione
necessitas diuisorie sortis potest provenire, sed
etiam in diuisione eorum que sunt a diuersis
agenda; unde Augustinus dicit in Epistola ad
160 Honoratum « Si inter Dei ministros sit disceptatio
qui eorum persecutionis tempore maneant, ne
fuga omnium, et qui eorum maneant, ne morte
omnium deseratur ecclesia: si hec disceptatio

75 etiam] post est Pr⁴T¹ om. γ(-Po¹) in³ om. α 79 illud] post nugatorium N¹Po¹ id quod α(-Ve¹) 80 causam] post potest C¹ post
non potest habere N¹Po¹ 80 et om. γ(-Po¹) 92 ut] quod T¹Ve¹ et C¹Pr⁴ 104 et eo conl.] eo α et γ(-Po¹) eo pretermisso inv. Po¹
122 concurrant γ] occurrant α 128 per om. α(-Pr⁴) 143 Predicta] quedam N¹Pr⁴ quandam Li¹ 151 necessitas N¹Po¹ etiam add. est.
152 pertinere diuisoriam inv. γ 158 necessitas diuisorie hom. om. γ sortis] sors N¹Po¹ 161 disceptatio qui] deceptatio quia α
164 si] sed α(-T¹)

83 Ps. xxxix⁸. 86 canones: Decretum C. 26 per totam; Decret. Greg. IX lib. 5 tit. 21. 92 Ps. xxxix⁸. 96 Enarr. III in Ps. xxxix
n. 13 (PL 36, 246; CCL 38, 211); cf. Glossa ord. ad Ps. xxxix¹⁶, ut refert Thomas II-II q. 95 a. 8 arg. 1. 111 Super Act. i¹⁰⁰ (PL 92, 945 D);
habetur in Decr. C. 26 q. 2 c. 4 (l. 1021). 119 Ep. 55 c. 20 n. 37 (PL 53, 222; CSEL xxxiv, 2, 212); Decr. l. c. c. 3 (l. 1021). 129 illicitum:
cf. Decret. Greg. IX lib. 5 tit. 21 c. 3 (II, 823). 135 Expos. euang. sec. Lucam I n. 22 (PL 15, 1542 C; CSEL xxxii, 4, 24). 136 Super Act. i¹⁰⁰
(PL 92, 945 D); habetur in Glossa ord. h. l. 160 Ep. 228 n. 12 (PL 33, 1018; CSEL lvii, 494).

165 aliter non potuerit terminari, quantum michi uidetur, qui maneant et qui fugiant sorte legendi sunt ».

Similiter etiam eadem sortis necessitas imminet si aliquid dandum occurrat pluribus quod non nisi uni eorum dari possit; unde Augustinus dicit in I De doctrina christiana « Si tibi habundaret aliquid quod oporteret dari ei qui non haberet, nec duobus dari potuisset, si tibi occurrerent duo quorum neuter alium uel indigentia uel erga te 175 aliqua necessitate superaret, nichil iustius faceres quam ut sorte legeres cui dandum esset quod dari utrique non posset ».

Et quia terrene dignitatis officium ad temporalia dispensanda ordinatur, potest etiam licite ad 180 huiusmodi sortes haberi recursus, si aliter electio concors esse non posset; quamuis enim rector querendus sit non sorte sed industria prudens, tollerabilius tamen est sorte secularem rectorem querere quam populum dissentionibus laborare. 185 De rectore uero spirituali est alia ratio, ut supra iam diximus.

Sed in diuinatoria sorte predicta necessitas non multum uidetur occurrere; unde et Dominus dicit discipulis « Non est uestrum nosse tempora uel momenta que Pater posuit in sua potestate ». 190 Si qua tamen futura necessarium est prenoscere, siue ad cautelam Ecclesie siue alicuius singularis persone, hec per Spiritum Sanctum fidelibus innotescunt, de quo Dominus dicit Ioh. xvi¹³ « Que uentura sunt annuntiabit uobis »; unde 195 et de huiusmodi futuris licet per modum consultorie sortis iudicium diuinum requirere, sicut legitur Iud. vi³⁸⁻⁴⁰ quod Gedeon quesuit a Domino si per manus eius populus Israel esset saluandus, petens signum in uellere. 200

Sed quia diuisoria sors locum posset habere etiam si res humane fortuito agerentur, ut supra dictum est, contingit aliquem diuisoria sorte uti, non quasi exquirat diuinum iudicium sed quasi committens fortune: quod maxime uidetur in 205 taxillatorio ludo. Hoc autem uitio uanitatis non caret.

In tantum igitur nunc de sortibus dictum sit.

165 potuerit γ(-Po¹) poterint Po¹ potuit α 168 etiam] autem Po¹ om. γ(-Po¹) 204 exquirat γ] requirat α

171 Cap. 28 n. 29 (PL 34, 30; CCL 32, 22). 185 supra: 125-142. 189 Act. 1^a. 202 supra: cap. 4, 18-23.

<BREVIOR RECENSIO>

Circa sortes considerandum est in quibus sors locum habeat, quis sit sortium finis, quis modus, que earum uirtus, et utrum eis liceat uti secundum christiane religionis doctrinam.

1. Quedam sunt de necessitate et semper, ut Deum esse; quedam autem naturaliter et ut frequentius eodem modo, sed aliquando, licet raro, aliter contingunt, ut estatem esse siccam et hyemem pluuiosam; et in hiis rebus secundum se consideratis sors locum non habet. Sed si res secundo dicte considerentur secundum quod earum cursus attingit usum uite humane, sic ab aliquo possunt sortes inquiri, ut an fluuius habundet et occupat agros, et an pluuius habundet et corrumpat fructus; sed nullus sorte querit an in desertis pluuius habundet. Ex quo patet quod sors proprie in rebus humanis locum habet, que res pertinent ad usum uite proprie uel eorum cum quibus communicant, quia nullus querit pertinentia ad Indos in Gallia existens. Item, sors non est de hiis que homo per suam industriam uel cognoscere uel facere potest; nullus enim querit an comedet, uel si id quod uidet est homo. Ergo homines sorte inquirunt aliquid magnum in rebus humanis aqualiter ad se pertinentibus, quod per propriam prudentiam non possunt cognoscere nec ad effectum perducere.
2. Ea autem que ad humane uite usum pertinent, primo sollicitantur homines ut qualitercumque habeant, secundo ut habitis utantur, tertio ut futurum eventum usus cognoscant. Et quia de se omnia sunt communia, necesse fuit ad hoc ut homines rebus uterentur aliquam distinctionem rerum fieri; est ergo distributio rerum, dignitatum et penarum. Quando uero ad rerum distributionem humanus sensus non sufficit, consueuerunt sorte diuidere, Prouerb. xviii « Contradictiones comprimit sors »; similiter quando aliqui non ualent ad dignitatem aliquam concorditer eligere, Luc. i « Sorte exiit etc. », et Reg. i Saul electus est sorte; similiter quando aliquis puniendus creditur et ignoratur quis puniri debet, sicut Ionas, et Achor, Ios. vii; et hec potest dici sors diuisoria, qua dubitatur quis quam rem habiturus sit. Secundo, dubitatur an re

aliqua sit utendum, et uniuersaliter utrum expediat aliquid agere; et si prudentia humana per consilium non sufficit, querunt quidam sorte, sicut Hester dicitur quod « missa est sors in urnam etc. »; et quia hec sors succedit in loco consilii potest dici consultoria. Tertio, sollicitantur homines ut futurum euentum usus rei cognoscant, ad quod non sufficit humanus sensus nec humanum consilium; scire enim futura ut uere futura solius Dei est, ideo hec sors dicitur diuinatio.

3. Scire autem oportet quod aliqui multipliciter inquirunt cognitionem futurorum. Quidam per manifesta responsa, uel a Deo ut prophete, et hoc uel in sompno uel in uigilia, uel a demonibus ut nigromantici, uel in sompno uel in uigilia; aliqui uero inspiciendo stellas ut astrologi, nam aspicientium signa quidam attendunt motus syderum, ut supra diximus, quidam uoces animalium, sternutationes hominum et garritus auium, alii ea que ab hominibus dicuntur eis improuise uel accidunt, ut Paulus consul bellaturus cum rege Persarum egressus curiam inuenit filiam suam tristem, que interroganti respondit Persam catulum suum perisse, ex quo statim ille autumauit se uicturum regem Persarum. Alii per quasdam figuras, ut in lineis palme manus et in osse spatule. Alii ex hiis que per eos fiunt, ut geomantici qui quibusdam punctis figuras disponunt; ad hoc pertinet quod quibusdam cedulis quedam scribuntur et tanguntur ut indicent futura; ad hoc pertinet projectio taxillorum, duellum, nisi in quantum arte uel potentia alium superat; similiter iudicium candentis ferri, nisi quod in eo non euentus indifferens, sed manifestum iudicium Dei queritur. Huic generi sortium quod est per signa tam uaria, potest aliquando permisceri aliquod predictorum generum, ut prophetica consultatio, sicut in facto Gedeonis, Iud. vi. Fit etiam diuinatio per obseruantiam uerborum et multis aliis modis. Ex hiis omnibus patet quod sors est occulti inquisitio excedens humanam industriam per aliquid a nobis factum, in rebus humanis ad nos pertinentibus uel habendis uel utendis uel cognoscendis.

4. Ad considerandum autem an sit efficax inquisitio

1 est om. Gz¹P²⁷ sors locum habet(-bet P¹) sortes locum habeant P²⁷ locum hac sors Gz¹ 3 earum] eorum P¹V²⁴ secundum
...doctrinam om. V²⁴ 29 sunt] post communia Gz¹ habent P¹ 39 sicut P¹] sic est. 44 Hester] 9 add. V²⁴ spatium var. add. P¹P²⁷
49 ut uere futura hom. om. P¹ 54 uel a...uigilia hom. om. P¹ 75 prophetica consultatio Gz¹] prophetice consultationi est.

sortium, sciendum quod quidam nullo superiori regimine sed sola humana ratione estimant res humanas gubernari, et que fiunt preter humanam prouidentiam credunt omnino fortuita. Secundum hos nulla est futurorum precognitio, quia que fortuita sunt incognita sunt, et sic tollitur sors diuinatoria et consultoria; diuisoria autem potest poni secundum eos, non quod in diuisione aliquid determinent, sed ut quod ratione diffiniri non potest fortune relinquatur; sed hec opinio iniuriam facit rebus, quia ponit eas sine regimine fluctuare, et subtrahit prouidentiam diuinam, et per consequens cultum et timorem Dei: ideo est abicienda.

Alii actus et res omnes humanas necessitati syderum subdi putant et eorum motibus omnes euentus eorum cognosci posse, nisi quatenus ad hoc hominibus experientia deficit. Quod sic patet: secundum eos omnia proueniunt secundum dispositiones syderum, ergo humani actus qui requiruntur ad sortes; unde quando geomanticus scribit puncta, dicunt quod manus eius uirtute celi mouetur ut fiat figura competens dispositioni celesti, et sic de aliis que in sortibus fiunt. Similiter auium et animalium motus per stellas credunt disponi; ideo diuinant in motibus et garritu auium uel animalium. Similiter dicunt per stellarum dispositionem formari fantasiam hominis in sompno; ideo sompna dicunt uim diuinationis habere.

Sed contra hanc opinionem, impossibile est corpus agere in non corpus, quia quodlibet incorporeum est nobiliori corpore: intellectus humanus nec est corpus nec uirtus corporei organi, nam si unam haberet naturam corporis, non posset omnes naturas corporum cognoscere, sicut pupilla informata uno colore alio informari non potest. Ergo corpus celeste non potest in uoluntatem humanam, quia uoluntas est in parte intellectiua et mouetur ab obiecto per intellectum apprehenso. Ergo celum non potest in actus humanos, quia omnes principaliter ex intellectu et uoluntate procedunt; ergo nec per motus syderum, et multo minus nec per garritus auium uel alia quecumque humani actus cognosci possunt. Quedam tamen ut habundantia frugum per descensum pluuiæ, et siccitas et tempestates ex motu syderum cognosci possunt.

Item, quia ad actus humanos concurrunt non solum intellectus et uoluntas, sed pars sensitua que utitur organo corporali, et per ymaginationem et huiusmodi alia ad que homo est dispositus secundum formalem complexionem que subditur stellis, habet inclinationem ad iram uel aliqua alia: ideo astrologi sepe uerum prenuntiant, precipue circa communes euentus, namque in particularibus frequenter deficiunt. Prenuntiant autem, quia in maiori parte hominum non perfecte dominatur ratio; ideo sequuntur inclinationes quas ex

dispositione stellarum sortiuntur, quas possent non sequi si ratio dominaretur in eis. Et nota quod huiusmodi inclinatio non se extendit ad omnes actus humanos, quia nullum agens naturale potest inclinare ad id quod per accidens euenit. Posset ergo esse in homine inclinatio aliqua ad hoc ut sepulcrum foderet, et iterum ut thesaurum quereretur; sed quod fodienti occurrat thesaurus, non potest causam naturalem habere.

Alii dicunt, et uere, quod ea que in humanis euentibus secundum nos uidentur fortuita, aliquo superiori intellectu ordinantur; et hec est diuina prouidentia, cuius dispositioni non solum corpora sed etiam mentes et uoluntates ad proprias motiones subduntur. Et hoc non solum auctoritate diuina firmatur, sed etiam philosophorum. Dicit enim Aristotiles in libro De bona fortuna quod «rationis principium non est ratio sed aliquid melius, melius autem scientia et intellectu non est nisi deus; ideo bene fortunati dicuntur, qui et si impetuose et sine ratione agant, principium tamen habent tale quod melius est intellectu et consilio». Sic igitur inquisitio sortium efficaciam habere potest in quantum euentus exteriorum rerum dispositioni diuine subditur, et per ipsam humani actus distinguuntur; et sic fieri potest Deo faciente ut humani actus talem sortiantur effectum qui competat exteriorum rerum euentibus, Prouerb. xvi «Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur»; et Dionysius v Celestis ierarchie de Mathia «Videntur michi eloquia sortem nominare thearchicum, id est diuinum, quoddam donum demonstrans illi ierarchico choro, id est apostolico, diuina sorte susceptum». Ergo sors est cum per certum effectum humanorum actuum declaratur hominibus dono Dei, quid dispositio diuina habeat in rebus diuidendis uel agendis uel prenoscendis: hec tria quo ad tres sortes.

Sed sciendum quod diuina dispositio quorundam spirituum ministerio impletur, aliquando bonorum, aliquando malorum. Et quia mali spiritus diuinum honorem sibi exhiberi ambigunt, cum homines occulta inquirunt per indebitum ordinem, demones se immergunt ut in errorem inducant; unde Augustinus V Super Genesim de astrologis loquens «Fatendum est, inquit, quando ab istis uera dicuntur, instinctu quodam occultissimo dici quem nescientes humane mentes patiuntur; quod cum ad decipiendum homines fit, spirituum immundorum operatio est»; et in II De doctrina christiana dicit omnia huiusmodi diuinationum genera ad pacta quedam pertinere cum demonibus inita.

5. Hiis uisis, patet quod nulli christiano licet cum demonibus aliquod societatis pactum habere, I Cor. «Nolo uos socios fieri demoniorum»; unde Augus-

89 diuisoria] diuinatoria P¹P² 96 actus] et *præm.* Gz¹V² 102 dicunt...figura om. V² 107 uel animalium] animalium *ante* et garritu Gz¹V² 113 haberet] habet P¹V² 119 Ergo...intellectu om. V² 134 autem om. Gz¹P² 140 in homine] *post* aliqua V² om. P² 143 et uere] et uerius P² uere P¹ 147 est diuina *impr.* Gz¹P² 148 corpora] corpus P¹V² 152-155 quod...fortunati *hom. om.* P¹ 155 qui et] quia P² et P¹ qui V² 157 Sic Gz¹ si est. 165 thearchicum *scripsit.* theartiquum P² thearchicum P¹ -ricam Gz¹ theorticham V² 172 Sed...dispositio om. P¹

tinus II De doctrina christiana subdit « Omnes
 190 huiusmodi artes uel nugatorie uel noxie superstitionis
 ex quadam pestifera societate hominum et demonum,
 quasi pacta infidelis et dolose amicitie constituta,
 penitus sunt repudianda et fugienda christiano ». Et
 ut pateat que sint superstitiose inquisitiones sortium
 195 per quas pacta cum demonibus contrahuntur, uerba
 Augustini expone sic. ' Omnes huiusmodi artes uel
 nugatorie uel noxie superstitionis ', ecce pacta cum
 demonibus : noxia enim superstitio est que aliquid
 manifeste illicitum continet, sicut sunt inuocationes
 200 et sacrificia demonum ; nugatorium autem dicitur
 quando quis utitur re aliqua ad quod uirtus eius
 extendi non potest, ut si quis collo alliget quedam
 que ad rem non pertinent ; similiter nugatoria est
 quando extenditur inquisitio per sortem ad id super
 205 quod non cadit, scilicet ad actus liberi arbitrii. Vnde
 si quis astrologum consulat utrum estus futura sit
 pluuiosa, non est nugatoria consultatio ; sed si querat
 quid interrogatus alius sibi sit responsurus, talis ad
 societatem demonum pertinet, qui se inordinatis
 210 hominum actibus immiscet. Similiter obseruandum
 in augurio et aliis omnibus. Nam si quis, cornicula
 frequenter crocicante, prenuntiet futuram pluuiam, uel
 ex subito uolatu auium denuntiet ibi latere insidias,
 non est superstitio ; sed si quis per hec de humanis
 215 actibus prenuntiet aliquid, superstitio est. Similiter in
 omnibus obseruandum est sortibus, quia quicquid
 certam causam habere potest, uel naturalem uel
 humanam uel diuinam, superstitiosum non est ; sed
 solum superstitiosum et nugatorium dicitur quod
 220 certam causam habere non potest, et hoc ad societatem
 demonum pertinet qui talibus rebus aliquando effica-
 ciam prestant.
 Si autem que naturalem uel humanam causam
 habent culpa carent, multo minus que diuino auxilio
 225 innituntur ; unde si qui per sortium projectionem
 diuinum requirunt iudicium, non est secundum se
 peccatum, unde Augustinus super Ps. ' In manibus
 tuis sortes mee ' « Sors non est aliquid mali, sed res
 in humana dubietate diuinam indicans uoluntatem ».
 230 Sciendum tamen quatuor modis in hiis sortibus
 peccatum posse contingere. Primo modo, si absque
 necessitate ad sortes recurratur, hoc enim uidetur esse
 temptare Deum ; sed quando deficit humana industria,
 tunc potest, II Paral. xx « Cum ignoremus quid
 235 agere etc. ». Secundo, si absque debita reuerentia et
 deuotione etiam in necessitate faciat, Beda super
 Actus « Si qui necessitate aliqua compulsi Deum
 putant sortibus exemplo apostolorum consulendum,
 uideant hoc ipsos apostolos non nisi collecto fratribus
 240 cetis et precibus ad Deum fuis fecisse ». Tertio,

si diuina oracula ad humana negotia et terrena
 conuertantur ; unde Augustinus ad Ianuarium « Hii
 qui in paginis euangelicis sortes legunt, etsi adoptandum
 sit ut id potius faciant quam ad demonia consulenda
 concurrunt, tamen ista displicet michi consuetudo, 245
 ad negotia secularia, ad uite huius uanitatem diuina
 oracula uelle conuertere ». Quarto, si id quod est
 diuina inspiratione faciendum aliquis sorti uelit
 committere, sicut ad ecclesiasticas dignitates sunt
 homines eligendi sorte quam Spiritus Sanctus facit ; 250
 ideo non licet in huiusmodi sorte uti ; ideo secundum
 Bedam « Mathias ante Pentecosten ordinatus sorte
 queritur, quasi nondum Spiritus Sancti plenitudine
 in Ecclesiam effusa ; septem autem diaconi postea
 non sorte sed discipulorum electione, apostolorum 255
 uero oratione et manus impositione sunt ordinati ».

Licet autem in necessitate uti sortibus in
 sorte consultoria, sicut David consuluit Dominum,
 I Reg. xxx ; in diuisoria, et hoc quando in rerum
 diuisione contradictiones hominum aliter sopiri non
 possunt ; item in diuisione eorum que a diuersis
 agenda sunt, unde cum esset dubium an tempore
 persecutionis omnes ministri fugerent an starent ad
 martirium, dicit Augustinus in Epistola ad Honoratum
 « Si hec disceptatio aliter non potuerit terminari,
 michi uidetur qui maneant uel qui fugiant sorte
 eligendi sunt ». Item, alium casum ponit Augustinus
 in I De doctrina christiana, sic dicens « Si tibi aliquid
 habundaret quod oporteret dari, et occurrant tibi duo
 quorum neuter alium uel indigentia uel alia erga te 270
 necessitate superaret, nichil iustius faceres quam ut
 sorte legeres cui dandum esset quod dari utrique
 non posset ». Preterea, quia terrena dignitas ad
 dispensanda temporalia ordinatur, potest in huiusmodi
 electione quis sortibus uti si necessitas dissensionis 275
 populi cogit ; de spiritali autem rectore aliter est.

In diuinatoria sorte predicta necessitas non multum
 uidetur occurrere, unde Dominus Act. i « Non est
 uestrum nosse tempora uel momenta etc. ». Et si
 aliquid futurum necesse est prenoscere ad cautelam
 280 Ecclesie uel alicuius persone, Spiritus Sanctus reuelat,
 Io. « Que uentura sunt annuntiabit uobis » ; unde
 etiam de huiusmodi futuris licet etiam per modum
 consultorie sortis iudicium diuinum requirere, sicut
 Gedeon Iud. vi petiit signum in uellere. Sed quia 285
 diuisoria sors posset locum habere etiam si res humane
 fortuito agerentur, ut supra dictum est, contingit
 aliquem diuisoria sorte uti, non quasi exquirat diuinum
 iudicium sed quasi committens fortune, quod maxime
 uidetur in taxillatorio ludo ; hoc autem uitio uanitatis 290
 non caret. Et hec de sortibus dicta sufficiant.

192 constituta...christiano. Et om. P²⁹218-223 uel diuinam...humanam hom. om. P²⁷245 consuetudo] ut add. Gz¹P²⁷

252 ordinatus

P²⁹] -atur est.259 diuisoria] diuinatoria P¹P²⁷265 aliter post potuerit Gz¹V²⁴284 iudicium P¹] iudicium est.

287 fortuito]

-ito P²⁷V²⁴291 hec...sufficiat] hoc de sortibus dictum sit Gz¹P²⁷

DE UNITATE INTELLECTUS
CONTRA AVERROISTAS

PRÉFACE

CHAP. I : Données historiques et littéraires		22. Instabilité de γ	268
§§	1. Authenticité.....	23. Relations entre groupes.....	269
	2. Titre de l'ouvrage.....	24. Les indépendants.....	270
	3. Analyse et plan de l'ouvrage.....	25. Deux familles?.....	271
	4. Date et contexte historique.....		
	5. Siger et saint Thomas.....	CHAP. IV : Les éditions imprimées	
	6. Portée de l'ouvrage.....	§§ 26. Stemma des imprimés avant 1936.....	273
CHAP. II : Tradition manuscrite et imprimée		27. Des incunables à De Rubeis.....	273
§§	7. Les manuscrits.....	28. De Rubeis.....	274
	8. Les imprimés.....	29. L'édition de 1936.....	275
CHAP. III : Examen critique de la tradition		CHAP. V : Notre édition	
§§	9. Matériel critique recueilli.....	§§ 30. Le problème.....	275
	10. Tests des inversions.....	31. Original et tradition manuscrite.....	276
	11. Les groupes élémentaires.....	32. Choix des leçons.....	277
	12. Groupe de F^2	33. Nos corrections.....	277
	13. Groupe μ	34. Orthographe.....	278
	14. Groupe $V^1V^5 (= \zeta)$	35. Présentation du texte.....	279
	15. Groupe de $Bu^1 (= \pi)$	36. Apparat critique.....	279
	16. Groupe λ	37. Apparat des sources.....	280
	17. Groupe de $P^{42} (= \epsilon)$	38. Trois passages à expliquer.....	280
	18. Groupe de $P^8 (= \beta)$	Appendice K : Variantes du Prologue.....	283
	19. Groupe α	Appendice L : Leçons de l'édition Kcelex.....	285
	20. Structure de α	Appendice M : Le texte du <i>De anima</i>	286
	21. Le groupe de $Me^1 (= \gamma)$	Appendice N : Une <i>Media</i> corrigée.....	287

CHAPITRE I

DONNÉES LITTÉRAIRES ET HISTORIQUES

§ 1. AUTHENTICITÉ

Toutes les listes anciennes d'*Opera fratris Thomae* mentionnent un traité *contra Auerroistas* ou *contra errores Auerrois*. Ainsi la liste transmise par les manuscrits de Prague et par Barthélemy de Capoue¹ :

De unitate intellectus contra Auerroistas Parisienses

Ptolémée de Lucques donne l'incipit² :

Tractatus contra errorem Auerrois circa intellectum humanum, qui sic incipit : Sicut omnes homines.

De même, Bernard Gui³ :

Tractatus contra errorem Auerroistarum de unitate intellectus qui sic incipit : Sicut omnes homines naturaliter scire desiderant.

Cet ouvrage est en effet cité et attribué à Frère Thomas par les Correctoires (1282-1285)⁴ ; il est présent dans les grandes collections d'*Opuscula Thomae* des XIII^e et XIV^e siècles⁵. Son authenticité n'a jamais été sérieusement contestée. Le doute soulevé par J. A. Barabara, lors de la préparation de l'édition de Rome 1570, n'a fait que révéler les interpolations de l'édition de 1488, comme nous le dirons plus loin (cf. § 28). Aujourd'hui moins que jamais on n'oserait mettre en question l'authenticité d'un texte aussi dense, que les recherches récentes montrent engagé au plus serré des dialogues doctrinaux du XIII^e siècle.

§ 2. TITRE DE L'OUVRAGE

La variété des titres présentés par les manuscrits, même les plus anciens, en incipit ou en explicit, voire en titre courant, donne à penser que l'ouvrage fut mis en circulation sans titre, comme l'ont transmis les mss Bu¹ Li¹ P⁴² V⁶² ; ou avec un titre sommaire, tel que *De intellectu*, ainsi L²³ M⁸ M¹⁰ P¹.

Le titre bref que porte Me¹ : *Liber contra auerroistas*, n'est sans doute pas primitif, lui non plus ; mais cette mention⁶ intervient surtout dans les diverses formules essayées par les mss anciens Bg¹ C¹P² Me¹ Mi¹ P⁸ P⁵⁸ P⁵⁹ W². Deux témoins nomment Siger :

Tractatus fratris Thome contra magistrum Sigerum de unitate intellectus (rubrique de M¹⁰) ;

et en plein XIV^e :

Hec scripsit d'r (lire : Thomas) contra magistrum sig'md' de barbania et alios plurimos parisiis in philosophia regentes anno domini m^occ^o70 (colophon de O²).

Le thème *De unitate intellectus*, qui se présente tel quel en V¹ (1320) et plus tard en Li², est parfois rectifié ou précisé : *Contra unitatem intellectus* (Bg¹), *De intellectu pluralitate* (P⁸), *Tractatus resocans errores circa intellectum* (P⁵⁸Bd). Le titre courant de P² (très abrégé en C¹)⁷ : *De unitate intellectus contra auerroim*, fait écho à celui que donnent les listes de Prague et de Barthélemy, mais sans la précision *auerroistas parisienses*. Depuis 1562, les imprimés ont vulgarisé

1. Mas Praha, Metrop. ksp. A.XVII.1 et 2 ; Barthélemy de Capoue au procès de canonisation, ms. Paris, B.N. lat. 5112, f. 38 r. Cf. Ed. Leonina, t. XL, pp. v et vii.

2. *Historia ecclesiastica nova*, lib. XXIII, c.12 ; éd. A. Dondaine dans *Archiv. Fr. Praed.*, 31 (1961) p. 152.

- 64 diffinierat] -iverat V⁸⁸γ¹
- diccos] Aristotiles *praem.* βελ
- 75 apparet *ante* ex sequentibus V⁸⁰γ
- 77 per ea que sequuntur] [] K *om.* γ (-N¹)
- 112 aliquod] aliquid V⁸⁰
- 118 quia] quod
- 122 dubitationem mouet *inv.* V⁸⁰P¹γ
- 140 hoc] hic V⁸⁰V⁸²
- 157 quod] quia P¹
- 169 substantia anime] subiecto
- 180 et] etiam V⁸⁰V⁸²γ¹
- ista] illa Ed
- 198 per *om.* V⁸⁰V⁸²γ¹
- 209 sensitiuo uegetatiuo *inv.* Bg¹C¹
- 212 dicat] quod *add.* V⁸²
- 223 diffinisset] definivisset Me¹α
- 230 est] sit V⁸⁰γ
- 235 excluditur] -dit P¹V⁸²γ
- 290 anima] [] K
- 317 estimantes] existimantes Bg¹βγλ
- 318 anima] -mam γ
- 381 que] quas γ
- 382 aut⁸ *om.* γ
- et¹] aut C¹sP¹
- et²] aut γλ
- 396 dicebant] scilicet *add.* γ
- 408 probauit] scilicet *add.* Ed²
- 420 aliquis utique *inv.* Bg¹γ
- 425 istud] illud γ
- 427 habeat] habet γ
- 504 oporteat] physicum *add.* Arist.
- 537 uel] nec V⁸²V⁸³
- 568 hec ratio *inv.* Ed²
- plurimos] Platonicos V⁸²γ
- 569 unde] nam Ed²
- 570 conuerso] contrario Ed²
- 681 autem] [] K *om.* γ (-V⁸³)
- 744 quod] quia N¹V⁸³Ed²
- 746 essent] esset αβγλ
- 756 preexistitisse] praexistere γ
- 763 et de actiua] [] K
- 786 intellectiua anima *inv.* N¹Bg¹
- 1, 796 genitiua] generatiua
- 801 nedum *coni.*] necdum *codd.*
- 801 uegetabilis] -tativa N¹Ed²
- 804 sensitiuum et uegetatiuum *inv.* Bg¹γ
- 805 ex *om.*
- 806 reliquit] -inquit P¹γ (-Me¹)
- 819 sint] sunt C¹γ
- 830 inest] est in P¹γ (-N¹)
- 2, 81 quesisset] quesivisset V¹V⁸
- 85 respondit] -ndet V⁸³
- 90 procedente] praecedente N¹
- 3, 140 causa] ratio
- 145 hoc] hic
- 159 utentis...unum *def.*
- 179 aliquid erit *inv.* λ
- 229 patienti] -nte γ
- 264 corpus] corpore sP¹γ (-Me¹)
- 267 qui] quod N¹
- 270 qui] que Bo¹Me
- 309 corpus homo *inv.* V⁸²
- 362 dicunt] ipsi *praem.* γ
- 4, 9 uidetur inconueniens *inv.* γ (-V⁸³)
- 106 sit *om.* C¹
- 139 ante] sicut *praem.* N¹V¹V⁵
- 144 et] [] K
- 180 erit] est N¹
- 192 sequetur] -itur
- 198 in² *om.* α
- 237 supra] super Me¹
- 244 sequetur] -itur γ
- 5, 43 relinquitur] ergo *add.* γ
- 47 sed²] scilicet γ
- 116 posset] potest C¹N¹
- 120 est] sit γ (-N¹)
- 285 dicant] dicatur V⁸³
- 308 humane anime *inv.* Bg¹γλ
- 319 id est *om.*
- 333 causa *coni.*] cause *codd.*
- 334 Aristotiles hoc *inv.* αβγ
- 350 et opinio *om.*
- 356 quesisset] quaesivisset γλ
- 362 proposuit] posuit Bg¹
- 380 quidem¹] [] K
- 401 principiis] -pio M¹O²
- 405 alienum se *inv.* Bg¹P¹
- 428 aliis] de *praem.* γ (-N¹)

APPENDICE M

Le texte du *De anima* au *De unitate intellectus*

On admet communément que saint Thomas, dès son commentaire du *De anima*, connaît et utilise la *Nova*, ou révision par Guillaume de Moerbeke de la traduction gréco-latine faite au XIII^e siècle par Jacques de Venise, la *Vetus*¹. Qu'en est-il au *De unitate*?

En attendant l'enquête précise que permettront les éditions critiques en préparation, nous donnons ici le bilan du sondage provisoire que nous avons pu faire à partir des jalons posés par le Père Gauthier dans l'article précité. Pour chacun des textes du *De anima* allégués dans l'opuscule, nous avons interrogé la *Vetus* et la *Nova* en notant leurs différences : la *Vetus* (= V), représentée par les mss d'Avranches B.M.221 et Paris B.N.lat.6325 ; la *Nova* (= N) en ses deux familles : l'italienne (= Ni), représentée par les mss Florence, Laur. Fiesol. 168, Laur. Plut. LXXXIV, 10 et Vat. Regin. lat. 1311 ; et l'exemplar parisien (= Np), représenté par les mss Paris B.N. lat. 14717 et Vat. Borgh. 55.

Un certain nombre de citations *ad sensum* se prêtent mal à ce contrôle ; d'autres avancent des textes où *Vetus* et *Nova* coïncident. Cependant sur l'ensemble de l'opuscule nous avons relevé 46 cas où le texte du *De anima*, tel qu'il est cité par saint Thomas (= Th), rencontre une divergence littérale entre *Vetus* et *Nova*. Par exemple en 1, 658, le texte 408 b 28-29 offre ces variantes :

neque reminiscitur...quod perditum est V
neque memoratur...quod quidem destructum est N Th

Sur ces 46 cas, il y a 43 div. V ≠ N Th
3 div. V Th ≠ N ;

en outre, dans les 43 div. V ≠ N Th, on compte 4 div. Np ≠ Ni où Th présente régulièrement la leçon Ni ; par exemple en 1, 420 (429 a 26) :

calor aut frigus V
calidum aut frigidum Np
calidus aut frigidus Ni Th ;

un autre cas en 1, 375 (429 a 20) a été exposé plus haut, § 38 a.

On est donc fondé à conclure que le *De unitate* cite le *De anima* d'après la famille italienne de la *Nova*.

Des 3 div. V Th ≠ N qui semblent faire exception, deux sont peu significatives. La première se rencontre dans une paraphrase assez libre, en 1, 128 (413 b 16) :

Set quedam V Th
quedam autem N ;

la seconde, en 1, 155, voisine avec une variante majeure NTh :

Et hoc solum contingit (-gere NTh) separari sicut (et add. N) perpetuum a corruptibili V (413 b 26-27)

Le troisième cas, par contre, pourrait à première vue donner à penser que l'auteur recourt — sans le dire — à la *Vetus*, précisément en un passage où la *Nova* offrait une leçon intéressante pour l'Averroïste :

intellectus autem uidetur inferi (ἐγγύθροον) substantia quedam existens et non corrumpi N (408 b 18-19)

le *De unitate* (1, 542) cite ainsi :

in primo, ubi dixit quod intellectus uidetur esse substantia quedam et non corrumpi

c'est la leçon du Corpus vetus ms. Paris, B.N. lat. 6325 (le ms. d'Avranches a la var. : ...substantia quedam esse).

En fait, il semble bien qu'une mélecture banale de sa copie de la *Nova* a caché à saint Thomas la difficulté du passage. En effet, son commentaire le rapporte ainsi : « Videtur predictis philosophis quod intellectus sit quedam substantia que est in fieri et nondum completa » (*Super De anima* I 10), où *inferi* est lu *in fieri*. De la leçon ainsi corrompue : *intellectus uidetur in fieri substantia*, le *De unitate* n'avait que faire dans son dialogue avec l'Averroïste ; ce qu'il en retient en 1, 542, c'est l'affirmation *uidetur...non corrumpi*.

En bref, pour sa discussion avec les averroïstes, le *De unitate intellectus* s'en tient à sa copie italienne de la *Nova* : vraisemblablement celle-là même qu'il a utilisée pour son commentaire du *De anima*. Cf. ci-dessus, § 38 a.

1. Cf. R.-A. Gauthier, *Quelques questions à propos du commentaire de saint Thomas sur le De anima*, dans *Angelicum*, 51 (1974) pp. 419-472.

APPENDICE N

Une *Media* corrigée

Au chapitre 3, 137-147, le *De unitate intellectus* cite une dizaine de lignes de la Métaphysique : *Metaph.* VIII 5 (1045 a 8-12 et 20-25), où la *Media* offre un passage corrompu (lin. 5-7). Le texte du *De unitate* présente des variantes caractéristiques de la *Media* :

1 que 2 sunt quasi coaceruatio 3 est aliquod...
aliqua 8 autem...transformant 11 est 13 potestate

Mais le passage corrompu est corrigé par une périphrase qui est apparentée au texte correspondant du *Super Metaphysicam* (début de la leçon 5) ; on peut y repérer quelques variantes de la *Moerbekeana*¹ :

3 totum *add.* 4 essendi 5 tactus 6 uiscositas
14 adhuc

Media

Omnium enim que plures partes habent et non sunt quasi coaceruatio sed est aliquod totum preter partes est aliqua causa. quoniam in corporibus aliis quidem plana causa est unum esse alie uero tales aut passio diuersa talis.

Palam autem quia sic (*vel* si) transformant ut consueuerunt diffinire et dicere non contingit reddere et soluere dubitationem. si autem est ut dicimus hoc quidem materia illud uero forma et hoc quidem potestate illud uero actu non dubitatio uidebitur esse quesitum.

mss : Paris, B.N. lat. 6325, fol. 210 rb
Vat., Palat. lat. 1063, fol. 73 r

De unitate intellectus

Omnium enim que plures partes habent et non sunt quasi coaceruatio *totum* sed est aliquod totum preter partes est aliqua causa unum *essendi*. sicut in quibusdam *tactus* in quibusdam *uiscositas* aut aliquid aliud huiusmodi.

Palam autem quia si sic transformant ut consueuerunt diffinire et dicere non contingit reddere et soluere dubitationem. si autem est ut dicimus hoc quidem materia illud uero forma et hoc quidem potestate illud uero actu non *adhuc* dubitatio uidebitur esse.

Moerbeke

Omnium enim quecumque plures partes habent et non est ut acruus quod *totum* sed inest aliquid totum preter partes est alia causa. quoniam et in corporibus hiis quidem *tactus* causa est unum *essendi* aliis uero *uiscositas* aut aliqua passio altera talis.

Palam itaque quia sic quidem acceptantibus ut consueuerunt diffinire et dicere non contingit reddere et soluere dubitationem. si autem ut dicimus hoc quidem materia illud uero forma et hoc quidem potentia illud uero actu non *adhuc* dubitatio utique uidebitur esse quod queritur.

mss : Brugge-Stadsbibl. 480, fol. 44 ra
Paris, Arsenal 748, fol. 235 va-vb
Paris, Univ. 567, fol. 89 r

1. M^{me} Vuillemin-Diem nous a signalé un manuscrit de la *Media*, Vat. Borgh. 304, où ce même passage a reçu de seconde main des variantes de la *Moerbekeana*.

DE UNITATE INTELLECTUS
contra Averroistas

SIGLA CODICUM

Bg¹ Brugge, Stadsbibl. 491
Bu¹ Budapest, Országos Széchényi Könyvtár, Clmac 104
C¹ Cambridge, Corpus Christi Coll. 35
L²² Leipzig, Universitätsbibl. 1386
Me¹ Metz, Bibl. Municipale 1158
Mi² Milano, Bibl. Ambrosiana C 151 inf.
P⁸ Paris, Bibl. Nationale, lat. 15814
P⁴² Paris, Bibl. Nationale, lat. 6443
Pr¹⁹ Praha, Knih. metrop. kap. L. 54
V⁶² Bibl. Apost. Vaticana, Vat. lat. 5988

CAPITVLVM I

Sicut omnes homines naturaliter scire desiderant
ueritatem, ita naturale desiderium inest hominibus
fugiendi errores et eos cum facultas affuerit
confutandi. Inter alios autem errores indecentior
5 esse uidetur error quo circa intellectum erratur, per
quem nati sumus deuitatis erroribus cognoscere
ueritatem. Inoleuit siquidem iam dudum circa
intellectum error apud multos, ex dictis Auerrois
sumens originem, qui asserere nititur intellectum
10 quem Aristotiles possibilem uocat, ipse autem
inconuenienti nomine materialem, esse quandam
substantiam secundum esse a corpore separatam,
nec aliquo modo uniri ei ut forma; et ulterius
quod iste intellectus possibilis sit unus omnium
15 hominum. Contra que iam pridem plura conscrip-
simus; sed quia errantium impudentia non cessat
ueritati reniti, propositum nostre intentionis est
iterato contra eundem errorem conscribere aliqua
quibus manifeste predictus error confutetur.
20 Nec id nunc agendum est ut positionem
predictam in hoc ostendamus esse erroneam
quod repugnat ueritati fidei christiane; hoc enim
satis in promptu cuique apparere potest. Subtracta
enim ab hominibus diuersitate intellectus, qui solus
25 inter anime partes incorruptibilis et immortalis
apparet, sequitur post mortem nichil de animabus
hominum remanere nisi unicam intellectus sub-
stantiam; et sic tollitur retributio premiorum et

penarum et diuersitas eorum. Intendimus
autem ostendere positionem predictam non minus 30
contra philosophie principia esse quam contra
fidei documenta. Et quia quibusdam, ut dicunt,
in hac materia uerba Latinorum non sapiunt,
sed Peripateticorum uerba sectari se dicunt,
35 quorum libros numquam in hac materia uiderunt
nisi Aristotiles, qui fuit secte peripatetice institutor,
ostendemus primo positionem predictam eius
uerbis et sententie repugnare omnino.

Accipienda est igitur prima diffinitio anime
quam Aristotiles in II De anima ponit, dicens 40
quod anima est «actus primus corporis phisici
organici». Et ne forte aliquis diceret hanc
diffinitionem non omni anime competere, propter
hoc quod supra sub condicione dixerat «Si
oportet aliquid commune in omni anima dicere», 45
quod intelligunt sic dictum quasi hoc esse non
possit, accipienda sunt uerba eius sequentia.
Dicit enim «Vniuersaliter quidem igitur dictum
est quid sit anima: substantia enim est que est
secundum rationem; hoc autem est quod quid 50
erat esse huiusmodi corpori», id est forma
substantialis corporis phisici organici.

Et ne forte dicatur ab hac uniuersalitate partem
intellectiuam excludi, hoc remouetur per id quod
postea dicit «Quod quidem igitur non sit anima 55
separabilis a corpore, aut partes quedam ipsius
si partibilis apta nata est, non immanifestum est:
quarundam enim partium actus est ipsarum. At

1. 11 quandam] ante esse L²⁰Me¹ quidem C¹ 23 cuique] ante in promptu Me¹ post apparere P²⁸ cuilibet C¹ cuicumque Bg¹L²⁰
omnibus Mi² 30 ostendere om. Bu¹L²⁰P²⁸ 35 in hac materia] ante numquam Bu¹L²⁰Me¹Mi² post uiderunt Bg¹ 39 prima cont.] primo
codd. 46 intelligunt] -igit Me¹P²⁰P²⁸Pr¹⁰ 48 igitur Bu¹Mi² nunc add. Bg¹ enim praeom. Pr¹⁰ enim C¹ autem (ante quidem) P²⁸ om. ces.
54 id] hoc Bu¹Me¹P²⁰Pr¹⁰

1. 1 omnes...ueritatem: cf. Arist. *Metaph.* I 1 (980 a 22). 8 Auerrois: praesertim *In De anima* III comm. 4 et 5. 10 possibilem:
sic Iacobus Venetus in latinum uerterat δουρεων ex *De anima* III 1 [7] (429 a 22), ut infra lin. 390. 11 inconuenienti...: mitiora de hoc habet
Thomas *Qu.* *De anima* a. 6 ad 11. materialem: cf. Auerroes *In De anima* passim, v. gr. I comm. 65 lin. 14 et 20 (p. 87); item Alexander «Intellectus
materialis...scilicet...quem possibile est fieri intellectum et est quasi materia» (*De intellectu et intellecto*, ed. Thérý, p. 74). 11-13 esse...ut forma:
cf. Auerroes *In De anima* III comm. 4 «Ista substantia que dicitur intellectus materialis neque est corpus neque forma in corpore» (p. 385 lin. 78-79).
14 unus...: ibid. «opinati sumus...quod intellectus materialis est unicus omnibus hominibus» (p. 406 lin. 575-576). 15 plura: *Super*
Sent. II d. 17 q. 2 a. 1; *Contra Gent.* II c. 59-70; *I Pars* q. 76 a. 1 et 2; *De spir. creaturis* a. 2 et 9; *Qu.* *De anima* a. 2 et 3. 31 philosophie:
cf. infra 5, 433 et *De spir. creaturis* a. 9 resp. 32 dicunt: paulo secus Sigerus *De intellectu* «Positiones latinorum...in hoc philosophiam penitus
non sapiunt» (sec. A. Niphus *De intellectu* I tr. 3 c. 18, ut refert B. Nardi *Sigieri di Brabante* p. 18). 39 prima...: de duabus animae definitionibus,
cf. Arist. infra lin. 41 et *De anima* II 4 (414 a 12-14). 41 *De anima* II 1 (412 b 5). 44 ibid. (412 b 4). 46 intelligunt: duce Auerro
h. l. comm. 7 lin. 15-19 (p. 138) et III comm. 5 lin. 295-298 (p. 397). 48-51 *De anima* II 2 (412 b 8-12). 55-60 Ibid. (413 a 4-7).

uero secundum quasdam nichil prohibet, propter
 60 id quod nullius corporis sunt actus » ; quod non
 potest intelligi nisi de hiis que ad partem intel-
 lectum pertinent, puta intellectus et uoluntas. Ex
 quo manifeste ostenditur illius anime, quam
 65 supra universaliter diffinierat dicens eam esse
 corporis actum, quasdam partes esse que sunt
 quarundam partium corporis actus, quasdam
 autem nullius corporis actus esse. Aliud enim
 est animam esse actum corporis, et aliud partem
 eius esse corporis actum, ut infra manifestabitur.
 70 Vnde et in hoc eodem capitulo manifestat
 animam esse actum corporis per hoc quod
 alique partes eius sunt corporis actus, cum dicit
 « Considerare oportet in partibus quod dictum
 est », scilicet in toto.
 75 Adhuc autem manifestius ex sequentibus apparet
 quod sub hac generalitate diffinitionis etiam
 intellectus includitur, per ea que sequuntur. Nam
 cum satis probauerit animam esse actum corporis
 quia separata anima non est uiuens in actu, quia
 80 tamen aliquid potest dici actu tale ad presentiam
 alicuius, non solum si sit forma sed etiam si sit
 motor, sicut combustibile ad presentiam combu-
 rentis actu comburitur, et quodlibet mobile ad
 presentiam mouentis actu mouetur : posset alicui
 85 uenire in dubium utrum corpus sic uiuat actu
 ad presentiam anime sicut mobile mouetur actu
 ad presentiam motoris, an sicut materia est in
 actu ad presentiam forme ; et precipue quia
 Plato posuit animam non uniri corpori ut formam,
 90 sed magis ut motorem et rectorem, ut patet per
 Plotinum et Gregorium Nissenum, quos ideo
 induco quia non fuerunt Latini sed Greci. Hanc
 igitur dubitationem insinuat Philosophus cum
 post premissa subiungit « Amplius autem imma-
 95 nifestum si sic corporis actus anima sicut nauta
 naui ». Quia igitur post premissa adhuc hoc
 dubium remanebat, concludit « Figuraliter quidem
 igitur sic determinetur et describatur de anima »,

quia scilicet nondum ad liquidum demonstrauerat
 ueritatem.

Ad hanc igitur dubitationem tollendam, conse-
 quenter procedit ad manifestandum id quod est
 secundum se et secundum rationem certius, per
 ea que sunt minus certa secundum se sed magis
 certa quoad nos, id est per effectus anime qui
 105 sunt actus ipsius. Vnde statim distinguit opera
 anime, dicens quod « animatum distinguitur ab
 inanimato in uiuendo », et quod multa sunt que
 pertinent ad uitam, scilicet « intellectus, sensus,
 110 motus et status secundum locum », et motus
 nutrimenti et augmenti, ita quod cuicumque
 inest aliquod horum dicitur uiuere. Et ostenso
 quomodo ista se habeant ad inuicem, id est
 qualiter unum sine altero horum possit esse,
 115 concludit in hoc quod anima sit omnium predic-
 torum principium, et quod anima « determinatur
 — sicut per suas partes — uegetatiuo, sensitiuo,
 intellectiui, motu », et quia hec omnia contingit
 in uno et eodem inueniri, sicut in homine.

Et Plato posuit diuersas esse animas in homine,
 120 secundum quas diuerse operationes uite ei
 conueniant. Consequenter dubitationem mouet
 « Vtrum unumquodque horum sit anima » per
 se, uel sit aliqua pars anime ; et si sint partes
 unius anime, utrum differant solum secundum
 125 rationem, aut etiam differant loco, id est organo.
 Et subiungit quod « de quibusdam non difficile »
 hoc uidetur, sed quedam sunt que dubitationem
 habent. Ostendit enim consequenter quod mani-
 festum est de hiis que pertinent ad animam
 130 uegetabilem, et de hiis que pertinent ad animam
 sensibilem, per hoc quod plante et animalia
 quedam decisa uiuunt, et in qualibet parte
 omnes operationes anime que sunt in toto
 apparent. Sed de quibus dubitationem habeat,
 135 ostendit subdens quod « de intellectu et perspec-
 tiua potentia nichil adhuc manifestum est ».
 Quod non dicit uolens ostendere quod intellectus

64 dicens] Aristoteles *praem.* L³ P³ P³ 65-68 quasdam...actum corporis *hom. om.* Me¹ 67 esse] *ante* actus Mi¹ Pr¹⁰ *ante* corporis Bg¹
 def. Me¹ 72 corporis actus *inn.* Bg¹ Bu¹ Mi¹ 75 ex sequentibus] *ante* manifestus Bu¹ L³ *post* apparet Me¹ *om.* Mi¹ 76 etiam] et
 Bu¹ L³ *om.* C¹ 77 includitur] -datur Bg¹ Bu¹ P³ -datur L³ P³ *per...* sequuntur *om.* Me¹ 85 actu] per animam actu ut Me¹ 86 anime
 ...ad presentiam Bg¹ Bu¹ Mi¹ Pr¹⁰ *hom. om. col.* 91 Nissenum] nixenum Bu¹ visenum Mi¹ nyssenum Me¹ misenum C¹ missenum L³
 91 quos] quod Mi¹ P³ Pr¹⁰ 96 adhuc hoc] adhuc Bu¹ L³ ad hoc Me¹ adhuc igitur P³ hoc Mi¹ 105 qui] que C¹ L³ Me¹ 111 nutri-
 menti *codd.* decrementi *Arist.* 113 quomodo...id est *om.* Me¹ ista] *om.* Bg¹ P³ def. Me¹ 128 hoc] *ante* difficile non Bg¹ Bu¹ C¹ *post*
 uidetur P³ *om.* L³ 135 habent] habet Bu¹ Mi¹ habent C¹ *ante* dubitationem Me¹ hanc *ante* dubitationem Pr¹⁰

64 supra : cf. lin. 41. 69 infra : hoc cap. lin. 469-87 73 De anima II 2 (412 b 17). 78 probauerit... : 412 b 11-15. 91 per Plotinum :
 'ut Macrobius refert', ait Thomas infra (3, 264), eiusdem Macrobius verba referens ipse. Gregorium... : immo Nemesius Emesenus *De natura*
hominis verbotenus relatus infra (3, 261-264). 93 insinuat : ex quibus id aestimaverit Thomas inquit A. Mansion *L'immortalité de l'âme*
selon Aristote, in Revue phil. de Louvain, 51 (1953) pp. 456-465. 94-98 De anima II 2 (413 a 8-10). 101 consequenter... : 413 a 11-13.
 107-112 dicens... : II 3 (413 a 21-25). 115-118 anima...motu : 413 b 11-13. 118-119 hec omnia... : II 4 (413 b 32). 120 Plato :
 cf. Averroes *In De anima I* (411 b 5) comm. 90 lin. 8-13 (p. 121) ; Themistius in h. l. (p. 88 lin. 57-62). 123-129 De anima II 4 (413 b 15-16).
 129 Ostendit... : cf. 413 b 16-21. 136 Ibid. (413 b 24-25).

non sit anima, ut Commentator peruerse exponit
140 et sectatores ipsius : manifeste enim hoc respondet
ad id quod supra dixerat « Quedam enim dubi-
tationem habent ». Vnde intelligendum est :
nichil adhuc manifestum est, an intellectus sit
anima uel pars anime ; et si pars anime, utrum
145 separata loco, uel ratione tantum.

Et quamuis dicat hoc adhuc non esse mani-
festum, tamen quid circa hoc prima fronte
appareat manifestat subdens « Sed uidetur genus
alterum anime esse ». Quod non est intelligendum,
150 sicut Commentator et sectatores eius peruerse
exponunt, ideo dictum esse quia intellectus
equiuoce dicatur anima, uel quod predicta diffinitio
sibi aptari non possit ; sed qualiter sit hoc
intelligendum apparet ex eo quod subditur « Et
155 hoc solum contingere separari sicut perpetuum
a corruptibili ». In hoc ergo est alterum genus,
quod intellectus uidetur esse quoddam perpetuum,
alie autem partes anime corruptibiles. Et quia
corruptibile et perpetuum non uidentur in unam
160 substantiam conuenire posse, uidetur quod hoc
solum de partibus anime, scilicet intellectus,
contingat separari, non quidem a corpore, ut
Commentator peruerse exponit, sed ab aliis
partibus anime, ne in unam substantiam anime
165 conueniant.

Et quod sic sit intelligendum patet ex eo
quod subditur « Relique autem partes anime
manifestum est ex hiis quod non separabiles
sunt », scilicet substantia anime uel loco. De
170 hoc enim supra quesitum est, et hoc ex supradictis
probatum est. Et quod non intelligatur de
separabilitate a corpore sed de separabilitate
potentiarum ab inuicem, patet per hoc quod
subditur « Ratione autem quod altere », scilicet
175 sunt ad inuicem, « manifestum : sensitiuo enim
esse et opinatiuo alterum ». Et sic manifeste
quod hic determinatur respondet questioni supra
mote : supra enim quesitum est, utrum una
pars anime ab alia separata sit ratione solum,

aut et loco. Hic dimissa questione ista quantum
180 ad intellectum, de quo nichil hic determinat, de
aliis partibus anime dicit manifestum esse quod
non sunt separabiles, scilicet loco, sed sunt
altere ratione.

Hoc ergo habito quod anima determinatur
185 uegetatiuo, sensitiuo, intellectiui et motui, uult
ostendere consequenter quod, quantum ad omnes
istas partes, anima unitur corpori non sicut
nauta naui sed sicut forma. Et sic certificatum
erit quid sit anima in communi, quod supra
190 figuraliter tantum dictum est. Hoc autem probat
per operationes anime sic : manifestum est enim
quod illud quo primo aliquid operatur est forma
operantis, sicut dicimur scire anima et scire
scientia, per prius autem scientia quam anima,
195 quia per animam non scimus nisi in quantum
habet scientiam ; et similiter sanari dicimur et
corpore et sanitate, sed per prius sanitate. Et sic
patet scientiam esse formam anime, et sanitatem
corporis. 200

Ex hoc procedit sic : « Anima est primum quo
uiuimus », quod dicit propter uegetatiuum, « quo
sentimus », propter sensitiuum, « et mouemur »,
propter motiuium, « et intelligimus », propter
intellectiuium ; et concludit « Quare ratio quedam
205 utique erit et species, sed non ut materia et ut
subiectum ». Manifeste ergo quod supra dixerat,
animam esse actum corporis phisici, hic concludit
non solum de sensitiuo, uegetatiuo et motiui,
sed etiam de intellectiui. Fuit ergo sententia
210 Aristotilis quod id quo intelligimus sit forma
corporis phisici. Sed ne aliquis dicat : id quo
intelligimus non dicit hic intellectum possibilem,
sed aliquid aliud, manifeste hoc excluditur per
id quod Aristotiles in III De anima dicit, de
215 intellectu possibili loquens « Dico autem intellec-
tum, quo opinatur et intelligit anima ».

Sed antequam ad uerba Aristotilis que sunt in
III De anima accedamus, adhuc amplius circa
uerba ipsius in II De anima immoremur, ut ex 220

141 id] illud Mi⁴ hoc C¹Pr¹⁹ 144 uel] an Bg¹L²³Me¹ 146 hoc] ante dicat Mi²Pr¹⁹ om. Me¹ 151 quia] quod L²³Me¹P²⁸
176 manifeste] -festetur P³ -festum est Bg¹ patet add. P²⁸ ostendit add. Me¹ 177 hic determinatur] hic determinate Bg¹Me¹P²⁸ hec deter-
minatur P³ 178-180 utrum...loco om. L²³ 180 et] etiam Me¹P²⁸ in Pr¹⁹ def. L²³ Hic] et praeom. L²³P²⁸P²⁸ 186 sensitiui] et
add. C¹Me¹P²⁸ 191 tantum] ante figuraliter Bu¹ om. Me¹P²⁸P²⁸ 202 uegetatiuium] -iuam Me¹P²⁸P²⁸ -ationem Pr¹⁹ 205 intellectiuium]
-ectiuam Me¹ -ectum C¹L²³P²⁸ 209 sensitiui] post uegetatiui Bg¹C¹Pr¹⁹ om. P³ 215 id] hoc Me¹Mi²P²⁸Pr¹⁹ ū C¹

139 Averroes ad h. l. (p. 160 lin. 12). 141 supra : 413 b 16. 148 De anima II 4 (413 b 25-26). 152 equiuoce : ita Averroes h. l.
(p. 160 lin. 25-27). 154-56 : 413 b 26-27. 159 corruptibile et perpetuum... : cf. De verit. q. 15 a. 2 arg. 4 referens Arist. Metaph. X 12 (1058 b 28).
163 Averroes In De anima II comm. 21 lin. 30 (p. 160). 167 De anima II 4 (413 b 27-28). 169 substantia anime : ita codices ; 'subiecto',
sec. Thomam infra (lin. 810) et Averr. In De anima III comm. 1 (lin. 32). 170 supra : 413 b 14-15 ; cf. hic lin. 126 supradictis : lin. 129-135.
174-76 subditur... : 413 b 29-30. 178 supra : 413 b 14-15 (hic lin. 124-126). 190 supra : 413 a 8-10 (hic lin. 97). 192-200 sic... :
cf. De anima II 4 (414 a 4-12). 201-207 Ibid. (414 a 12-14). 207 supra : 412 b 5 (hic lin. 41). 212 aliquis : hoc quidem loco nihil de
intellectu habet Averroes ; vox enim graeca δινοούμεθα (414 a 13) in arabico-latina transl. versa est 'distinguiamus' (p. 163 lin. 13), in graeco-
latina autem 'intelligimus' (hic lin. 204). 216 De anima III : [7] (429 a 23).

collatione uerborum eius ad inuicem appareat
que fuerit eius sententia de anima. Cum enim
animam in communi diffinisset, incipit distinguere
potentias eius; et dicit quod potentie anime sunt
225 « uegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuium
secundum locum, intellectiuium ». Et quod intel-
lectiuium sit intellectus, patet per id quod postea
subdit, diuisionem explanans « Alteris autem
intellectiuium et intellectus, ut hominibus ». Vult
230 ergo quod intellectus est potentia anime que est
actus corporis.

Et quod huius anime potentiam dixerit intel-
lectum, et iterum quod supra posita diffinitio anime
sit omnibus predictis partibus communis, patet
235 per id quod concludit « Manifestum igitur est
quoniam eodem modo una utique erit ratio
anime et figure: neque enim ibi figura est preter
triangulum et que consequenter sunt, neque hic
anima preter predictas est ». Non est ergo
240 querenda alia anima preter predictas, quibus
communis est anime diffinitio supra posita. Neque
plus de intellectu mentionem facit Aristotiles
in hoc secundo, nisi quod postmodum subdit quod
« ultimum et minimum » dicit esse « ratio-
245 cinationem et intellectum », quia scilicet in paucioribus
est, ut per sequentia apparet.

Sed quia magna differentia est quantum ad
modum operandi inter intellectum et ymagina-
tionem, subdit quod « de speculatio intellectu
250 altera ratio est ». Reseruat enim hoc inquirendum
usque ad tertium. Et ne quis dicat, sicut Auerroys
peruerse exponit, quod ideo dicit Aristotiles quod
de intellectu speculatio est alia ratio, quia
intellectus « neque est anima neque pars anime »:
255 statim hoc excluditur in principio tertii, ubi
resumit de intellectu tractatum. Dicit enim « De
parte autem anime qua cognoscit anima et sapit ».
Nec debet aliquis dicere quod hoc dicatur solum
secundum quod intellectus possibilis diuiditur
260 contra agentem, sicut aliqui sompniant; hoc
enim dictum est antequam Aristotiles probet
esse intellectum possibilem et agentem: unde
intellectum dicit hic partem in communi, secun-
dum quod continet et agentem et possibilem, sicut

supra in secundo manifeste distinxit intellectum 265
contra alias partes anime, ut iam dictum est.

Est autem consideranda mirabilis diligentia et
ordo in processu Aristotilis: ab hiis enim incipit
in tertio tractare de intellectu que in secundo
reliquerat indeterminata. Duo autem supra reli- 270
querat indeterminata circa intellectum. Primo
quidem utrum intellectus ab aliis partibus anime
separetur ratione solum, aut etiam loco: quod
quidem indeterminatum dimisit cum dixit « De
intellectu autem et perspectiua potentia nichil 275
adhuc manifestum est ». Et hanc questionem
primo resumit cum dicit « Siue separabili exis-
tente », scilicet ab aliis anime partibus, « siue
non separabili secundum magnitudinem, sed
secundum rationem ». Pro eodem enim accipit 280
hic separabile secundum magnitudinem, pro quo
supra dixerat separabile loco.

Secundo, indeterminatum reliquerat de diffe-
rentia intellectus ad alias anime partes, cum
postmodum dixit « De speculatio autem intellectu 285
altera ratio est ». Et hoc statim querit cum dicit
« Considerandum quam habet differentiam ». Hanc
autem differentiam talem intendit assignare, que
possit stare cum utroque premissorum, scilicet
siue sit separabilis anima magnitudine seu loco 290
ab aliis partibus, siue non; quod ipse modus
loquendi satis indicat. Considerandum enim dicit
quam habet intellectus differentiam ad alias anime
partes, siue sit separabilis ab eis magnitudine
seu loco, id est subiecto, siue non, sed secundum 295
rationem tantum. Vnde manifestum est quod
non intendit hanc differentiam ostendere, quod
sit substantia a corpore separata secundum esse,
hoc enim non posset saluari cum utroque
predictorum; sed intendit assignare differentiam 300
quantum ad modum operandi: unde subdit
« Et quomodo fit quidem ipsum intelligere ».
Sic igitur per ea que ex uerbis Aristotilis accipere
possumus usque huc, manifestum est quod ipse
uoluit intellectum esse partem anime que est 305
actus corporis phisici.

Sed quia ex quibusdam uerbis consequentibus
Auerroyste accipere uolunt intentionem Aristotilis

222 eius] post sententia Bg¹Me¹Mi¹ om. P¹ 223 diffinisset] -nuisset C¹Me¹Pr¹ distinxisset L¹ 244 ratiocinationem] -natiuum
Bu¹P¹ rationem L¹Mi¹ 253 est] post ratio Bg¹Me¹Mi¹ post alia Pr¹ 255 excluditur] -dit Bg¹Bu¹Me¹Mi¹ 265 intellectum] -ctium
Bu¹P¹Pr¹ 273 separetur] separaretur C¹P¹Pr¹ 304 huc] hic L¹P¹P¹ h¹ Bu¹ 308 Auerroyste] auerroys Mi¹ auerroys isti L¹
auerroysie C¹

225 II 5 (414 a 31-32). 228 Ibid. (414 b 18). 233 supra: 412 b 5 (hic lin. 41). 235-39 Ibid. (414 b 19-22). 243 subdit...:
II 6 (415 a 7). 249: 415 a 11-12. 254 Auerroes In De anima II comm. 32 lin. 34-35 (p. 178); de quo nihil in commento Thomae ad b. I. (II 6).
256 De anima III 1 [7] (429 a 10-11). 265 supra: De anima II 5 (414 a 31-32); hic lin. 227 sqq. 274 Arist. II 4 (413 b 24-25).
277-80 III 1 [7] (429 a 11-12). 282 supra: 413 b 15 (hic lin. 126). 285 II 6 (415 a 11-12). 286 dicit...: III 1 [7] (429 a 12).
292-96 Considerandum...: ibid. (429 a 12-13). 302: 429 a 13.

fuisse, quod intellectus non sit anima que est
 310 actus corporis, aut pars talis anime : ideo etiam
 diligentius eius uerba sequentia considerata
 sunt. Statim igitur post questionem motam de
 differentia intellectus et sensus, inquit secundum
 315 quid intellectus sit similis sensui, et secundum
 quid ab eo differat. Duo enim supra de sensu
 determinauerat, scilicet quod sensus est in potentia
 ad sensibilia, et quod sensus patitur et corrumpitur
 ab excellentiis sensibilibus. Hoc ergo est quod
 querit Aristoteles dicens « Si igitur est intelligere
 320 sicut sentire, aut pati aliquid utique erit ab
 intelligibili », ut scilicet sic corrumpatur intellectus
 ab excellenti intelligibili sicut sensus ab excellenti
 sensibili, « aut aliquid huiusmodi alterum » : id
 est aut intelligere est aliquid huiusmodi simile,
 325 scilicet ei quod est sentire, alterum tamen quantum
 ad hoc quod non sit passibile.

Huic igitur questioni statim respondet et
 concludit, non ex precedentibus sed ex sequen-
 330 tibus, que tamen ex precedentibus manifestantur,
 quod hanc partem anime « oportet esse impas-
 sibilem », ut non corrumpatur sicut sensus ;
 est tamen quedam alia passio eius secundum quod
 intelligere communi modo pati dicitur. In hoc
 ergo differt a sensu. Sed consequenter ostendit
 335 in quo cum sensu conueniat, quia scilicet oportet
 huiusmodi partem esse « susceptiuam speciei »
 intelligibilis, et quod sit in potentia ad huiusmodi
 speciem, et quod non sit hoc in actu secundum
 suam naturam ; sicut et de sensu supra dictum
 340 est quod est in potentia ad sensibilia, et non in
 actu. Et ex hoc concludit quod oportet sic « se
 habere sicut sensitium ad sensibilia sic intellectum
 ad intelligibilia ».

Hoc autem induxit ad excludendum opinionem
 345 Empedoclis et aliorum antiquorum, qui posuerunt
 quod cognoscens est de natura cogniti, utpote
 quod terram terra cognoscimus, aquam aqua.
 Aristoteles autem supra ostendit hoc non esse
 uerum in sensu, quia sensitium non est actu,
 350 sed potentia, ea que sentit ; et idem hic dicit de
 intellectu.

Est autem differentia inter sensum et intellec-
 tum, quia sensus non est cognoscitiuus omnium,
 sed uisus colorum tantum, auditus sonorum, et

sic de aliis ; intellectus autem est simpliciter
 355 omnium cognoscitiuus. Dicebant autem antiqui
 philosophi, estimantes quod cognoscens debet
 habere naturam cogniti, quod anima ad hoc quod
 cognoscat omnia, necesse est ex principis omnium
 esse commixtam. Quia uero Aristoteles iam
 360 probauit de intellectu per similitudinem sensus,
 quod non est actu id quod cognoscit sed in
 potentia tantum, concludit e contrario quod
 'necesse est intellectum, quia cognoscit omnia,
 quod sit immixtum', id est non compositus ex
 365 omnibus, sicut Empedocles ponebat.

Et ad hoc inducit testimonium Anaxagore,
 non tamen de hoc eodem intellectu loquentis,
 sed de intellectu qui mouet omnia. Sicut ergo
 Anaxagoras dixit illum intellectum esse immixtum
 370 ut imperet mouendo et segregando, hoc nos
 possumus dicere de intellectu humano, quod
 oportet eum esse immixtum ad hoc ut cognoscat
 omnia ; et hoc probat consequenter, et habetur
 sic sequens littera in Greco « Intus apparens
 375 enim prohibebit extraneum et obstruet ». Quod
 potest intelligi ex simili in uisu : si enim esset
 aliquis color intrinsecus pupille, ille color interior
 prohiberet uideri extraneum colorem, et quodam-
 modo obstrueret oculum ne alia uideret. Similiter,
 380 si aliqua natura rerum que intellectus cognoscit,
 puta terra aut aqua, aut calidum et frigidum, et
 aliquid huiusmodi, esset intrinseca intellectui, illa
 natura intrinseca impediret ipsum et quodammodo
 obstrueret ne alia cognosceret.

Quia ergo omnia cognoscit, concludit quod
 non contingit ipsum habere aliquam naturam
 determinatam ex naturis sensibilibus quas cognos-
 385 cit, 'sed hanc solam naturam habet quod sit
 possibilis', id est in potentia ad ea que intelligit,
 quantum est ex sua natura ; sed fit actu illa dum
 ea intelligit in actu, sicut sensus in actu fit sensibile
 in actu, ut supra in secundo dixerat. Concludit
 ergo quod intellectus antequam intelligat in actu
 « nichil est actu eorum que sunt » ; quod est
 395 contrarium hiis que antiqui dicebant, quod est
 actu omnia.

Et quia fecerat mentionem de dicto Anaxagore
 loquentis de intellectu qui imperat omnibus, ne
 crederetur de illo intellectu hoc conclusisse, 400

330 quod] quia C¹P²Pr² 341 sic se *inv.* Bu¹M¹P²Pr² 342 intellectum Bu¹C¹Me¹P² -ctium *est.* 344 induxit] -cit L²P²P²Pr²
 350 hic] hoc C¹Me¹P² hoc *ante* idem Bu¹Pr² 357 estimantes M¹P² extimantes Pr² extimantes C¹ existimantes *est.* 373 ut] quod
 Me¹P²Pr² 381 que] qua Bg¹Bu¹ quas Me¹ 382 et] aut Bu¹L²Me¹

315 supra : cf. Arist. *De anima* II 10-12 (416 b 32-418 a 6) et ibid. 24 (424 a 28-31). 319-23 *De anima* III 1 [7] (429 a 13-15). 330 Ibid.
 (429 a 15). 336 Cf. ibid. (429 a 15-16). 341 : 429 a 16-18. 345 Empedoclis : cf. Arist. *De anima* I 4-5 (404 b 8-405 b 30). 348 supra :
 II 10 (417 a 2-9). 356-60 Dicebant... : ut refert Arist. I 5 (405 b 10-17). 364 Cf. III 1 [7] (429 a 18). 367 inducit... : ibid.
 (429 a 19). 375 littera... : 429 a 20 ; eandem legit Thomas in commento III 1 [7]. Cf. nostra Praef. § 37 a. 386-90 concludit... : cf. 429
 a 21-22. 395 : 429 a 24.

utitur tali modo loquendi « Vocatus itaque anime intellectus, dico autem intellectum quo opinatur et intelligit anima, nichil est actu » etc. Ex quo duo apparent : primo quidem quod non loquitur
 405 hic de intellectu qui sit aliqua substantia separata, sed de intellectu quem supra dixit potentiam et partem anime, quo anima intelligit ; secundo, quod per supra dicta probauit quod intellectus non habet naturam in actu : nondum autem
 410 probauit quod non sit uirtus in corpore, ut Auerroys dicit, sed hoc statim concludit ex premissis, nam sequitur « Vnde neque misceri est rationabile ipsum corpori ».

Et hoc secundum probat per primum quod
 415 supra probauit, scilicet quod intellectus non habet aliquam in actu de naturis rerum sensibilibus ; ex quo patet quod non miscetur corpori, quia si misceretur corpori, haberet aliquam de naturis corporeis ; et hoc est quod subdit « Qualis enim
 420 aliquis utique fiet, aut calidus aut frigidus, si organum aliquod erit sicut sensitio ». Sensus enim proportionatur suo organo et trahitur quodammodo ad suam naturam ; unde etiam secundum immutationem organi immutatur operatio sensus. Sic ergo intelligitur istud ' non
 425 misceri corpori ', quia non habet organum sicut sensus. Et quod intellectus anime non habeat organum, manifestat per dictum quorundam qui dixerunt quod ' anima est locus specierum ',
 430 large accipientes locum pro omni receptiuo, more platonico ; nisi quod esse locum specierum non conuenit toti anime, sed solum intellectiue : sensitiua enim pars non recipit in se species, sed in organo ; pars autem intellectiua non recipit
 435 eas in organo, sed in se ipsa. Item non sic est locus specierum quod habeat eas in actu, sed in potentia tantum.

Quia ergo iam ostendit quid conueniat intellectui ex similitudine sensus, redit ad primum
 440 quod dixerat, quod ' oportet partem intellectiuam esse impassibilem ' ; et sic ammirabili subtilitate ex ipsa similitudine sensus concludit dissimilitudinem. Ostendit ergo consequenter quod ' non similiter sit impassibilis sensus et intellectus ',
 445 per hoc quod sensus corrumpitur ab excellenti sensibili, non autem intellectus ab excellenti

intelligibili. Et huius causam assignat ex supra probatis, ' quia sensitium non est sine corpore, sed intellectus est separatus '.

Hoc autem ultimum uerbum maxime assumunt
 450 ad sui erroris fulcimentum, uolentes per hoc habere quod intellectus neque sit anima neque pars anime, sed quedam substantia separata. Sed cito obliuiscuntur eius quod paulo supra Aristotiles dixit : sic enim hic dicitur quod
 455 ' sensitium non est sine corpore et intellectus est separatus ', sicut supra dixit quod intellectus fieret « qualis, aut calidus aut frigidus, si aliquod organum erit ei sicut sensitio ». Ea igitur ratione hic dicitur quod sensitium non est sine corpore,
 460 intellectus autem est separatus, quia sensus habet organum, non autem intellectus. Manifestissime igitur apparet absque omni dubitatione ex uerbis Aristotilis hanc fuisse eius sententiam de intellectu possibili, quod intellectus sit aliquid anime que
 465 est actus corporis ; ita tamen quod intellectus anime non habeat aliquod organum corporale, sicut habent ceterae potentiae anime.

Quomodo autem hoc esse possit, quod anima sit forma corporis et aliqua uirtus anime non
 470 sit corporis uirtus, non difficile est intelligere, si quis etiam in aliis rebus consideret. Videmus enim in multis quod aliqua forma est quidem actus corporis ex elementis commixti, et tamen habet aliquam uirtutem que non est uirtus
 475 alicuius elementi, sed competit tali forme ex altiori principio, puta corpore celesti : sicut quod magnes habet uirtutem attrahendi ferrum, et iaspis restringendi sanguinem. Et paulatim uidemus, secundum quod forme sunt nobiliores, quod
 480 habent aliquas uirtutes magis ac magis supergredientes materiam ; unde ultima formarum, que est anima humana, habet uirtutem totaliter supergredientem materiam corporalem, scilicet intellectum. Sic ergo intellectus separatus est quia
 485 non est uirtus in corpore ; sed est uirtus in anima, anima autem est actus corporis.

Nec dicimus quod anima, in qua est intellectus, sic excedat materiam corporalem quod non habeat esse in corpore ; sed quod intellectus, quem
 490 Aristotiles dicit potentiam anime, non est actus corporis : neque enim anima est actus corporis

404 quidem om. L¹P¹P¹

412 misceri] mixtum esse P¹ spat. vac. P¹

413 est rationabile(-ale Pr¹) im. P¹P¹P¹ post corpori Me¹

413 rationabile ipsum im. Bu¹

420 aliquis] post utique C¹M¹P¹ om. Bu¹

425 istud] illud Bg¹Bu¹Me¹ 469 esse possit im. Bg¹L¹Me¹

473 quidem] quidam L¹M¹ quedam P¹ ante est Bg¹ que ante est Bu¹

401-403 : 429 a 22-24.

411 In De anima III comm. 4 lin. 29 (p. 384) et comm. 5 lin. 38 (p. 388).

412 Arist. III 1 [7] (429 a 25).

419-21 Ibid. (429 a 25-27).

428-37 manifestat... : cf. 429 a 27-29.

440 dixerat... : 429 a 15.

443-49 ostendit... : cf. 429 a 29-b 5.

450 assumunt : v. gr. Sigerus De anima intellectiva cap. 3 lin. 27-28 (p. 78) ; cf. In III De anima q. 14 lin. 28-31 (p. 51).

457 supra : 429 a 25-26.

469-87 Cf. Contra Gent. II c. 68 ; I Pars q. 76 a. 1 ; De spir. creaturis a. 2 ; Qu. De anima a. 2.

mediantibus suis potentiis, sed anima per se ipsam est actus corporis dans corpori esse
 495 specificum. Alique autem potentie eius sunt actus partium quarundam corporis, perficientes ipsas ad aliquas operationes; sic autem potentia que est intellectus nullius corporis actus est, quia eius operatio non fit per organum corporale.
 500 Et ne alicui uideatur quod hoc ex nostro sensu dicamus preter Aristotilis intentionem, inducenda sunt uerba Aristotilis expresse hoc dicentis. Querit enim in II Phisicorum «usque ad quantum oporteat cognoscere speciem et quod
 505 quid est»; non enim omnem formam considerare pertinet ad phisicum. Et soluit subdens «Aut quemadmodum medicum neruum et fabrum es, usquequo», id est usque ad aliquem terminum. Et usque ad quem terminum ostendit subdens
 510 «Cuius enim causa unumquodque», quasi dicat: in tantum medicus considerat neruum in quantum pertinet ad sanitatem, propter quam medicus neruum considerat, et similiter faber es propter artificium. Et quia phisicus considerat formam
 515 in quantum est in materia, sic enim est forma corporis mobilis, similiter accipiendum quod naturalis in tantum considerat formam in quantum est in materia. Terminus ergo considerationis phisici de formis est in formis que sunt in materia
 520 quodammodo, et alio modo non in materia; iste enim forme sunt in confinio formarum separatarum et materialium. Vnde subdit «Et circa hec», scilicet terminatur consideratio naturalis de formis, «que sunt separate quidem species,
 525 in materia autem». Que autem sint iste forme, ostendit subdens «Homo enim hominem generat ex materia, et sol». Forma ergo hominis est in materia et separata: in materia quidem secundum esse quod dat corpori, sic enim est terminus
 530 generationis, separata autem secundum uirtutem que est propria homini, scilicet secundum intellectum. Non est ergo impossibile quod aliqua forma sit in materia, et uirtus eius sit separata, sicut expositum est de intellectu.

Adhuc autem alio modo procedunt ad ostendendum quod Aristotilis sententia fuit, quod intellectus non sit anima uel pars anime que unitur corpori ut forma. Dicit enim Aristotiles in pluribus locis, intellectum esse perpetuum et incorruptibilem, sicut patet in II De anima, ubi
 540 dixit «Hoc solum contingere separari sicut perpetuum a corruptibili»; et in primo, ubi dixit quod intellectus uidetur esse substantia quedam, «et non corrumpi»; et in tertio, ubi dixit «Separatus autem est solum hoc quod
 545 uere est, et hoc solum immortale et perpetuum est», quamuis hoc ultimum quidam non exponant de intellectu possibili, sed de intellectu agente. Ex quibus omnibus uerbis apparet quod Aristotiles uoluit intellectum esse aliquid incorruptibile.
 550

Videtur autem quod nichil incorruptibile possit esse forma corporis corruptibilis. Non enim est accidentale forme sed per se ei conuenit esse in materia, alioquin ex materia et forma fieret unum per accidens; nichil autem potest esse sine eo
 555 quod inest ei per se: ergo forma corporis non potest esse sine corpore. Si ergo corpus sit corruptibile, sequitur formam corporis corruptibilem esse. Preterea, forme separate a materia, et forme que sunt in materia, non sunt eadem specie, ut probatur in VII Methaphisice; multo ergo minus una et eadem forma numero potest
 560 nunc esse in corpore, nunc autem sine corpore: destructo ergo corpore, uel destruitur forma corporis, uel transit ad aliud corpus. Si ergo
 565 intellectus est forma corporis, uidetur ex necessitate sequi quod intellectus sit corruptibilis.

Est autem sciendum quod hec ratio plurimos mouit: unde Gregorius Nissenus imponit Aristotili e conuerso quod, quia posuit animam
 570 esse formam, quod posuerit eam esse corruptibilem; quidam uero posuerunt propter hoc animam transire de corpore in corpus; quidam etiam posuerunt quod anima haberet corpus quoddam incorruptibile, a quo numquam separaretur. Et ideo ostendendum est per uerba
 575

504 cognoscere] phisicum *præm. Arist.* 518 ergo] uero L¹ sic P³ om. Me¹P² 522 materialium] immaterialium L¹Me¹P²
 525 autem] om. L¹Me¹P² sint] sunt Me¹P²Pr¹ 526 generat] ante hominem Bu¹Me¹ post materia L¹Pr¹ 545 Separatus] tum
 Bu¹L¹Me¹P² 545 quod uere est] quod uere Bg¹Pr¹ quidem uere C¹ om. Me¹ 564 uel] nichil C¹ om. Bu¹L¹Me¹P²Pr¹ 568 pluri-
 mos] plures L¹P² pl¹os Pr¹ pl¹icos Me¹ 572 propter hoc] post animam Bu¹ om. L¹Me¹P²P³ 576 est om. Bu¹Me¹P²

498 nullius...est: cf. Arist. *De anima* II 2 (413 a 7). 503-10 *Phys.* II 4 (194 b 9-12). 522-27 *Ibid.* (194 b 12-13). 540 *De anima* II 4
 (413 b 26-27). 543 I 10 (408 b 17-18). 545 III 4 [10] (430 a 22-23). 547 quidam: cf. infra nota ad lin. 615. 561 VII Methaphi-
 sice: expressius *Metaph.* X 12 (1058 b 26-29), quem locum assumit Anonymus auctoista *In De anima* II q. 4 a. 5 (ed. M. Giele, p. 69 lin. 33-35).
 569 Gregorius Nissenus: immo Nemesius Emesenus *De natura hominis* cap. 2 (PG 40, 571 B), Burgundione interprete «Aut igitur mortalem eam
 dicat ut Aristoteles, qui dixit in corpore eam genitam esse» (ed. Burkhardt, p. [39]). 572 quidam...: cf. Nemesius op. cit. (PG 40, 581 A)
 «Communitur quidem omnes gentiles qui animam immortalem enuntiarunt transcorporationem dogmatizant» (ed. Burkhardt, p. [43]). 573 qui-
 dam: «Platonici» sec. Thomam I *Paris* q. 76 a. 7, *Super De causis* prop. 5 et *De subst. separ.* cap. 20 lin. 231; cf. Proclus *Elementatio theol.*
 prop. 196 (ed. Vansteenkiste, p. 525).

Aristotilis, quod sic posuit intellectiuam animam esse formam quod tamen posuit eam incorruptibilem.

- 580 In XI enim Methaphisice, postquam ostenderat quod forme non sunt ante materias, quia « quando sanatur homo tunc est sanitas, et figura enee spera simul est cum spera enea », consequenter inquit utrum aliqua forma remaneat post materiam; et dicit sic secundum translationem Boetii 585 « Si uero aliquid posterius remaneat », scilicet post materiam, « considerandum est : in quibusdam enim nichil prohibet, ut si anima huiusmodi est, non omnis sed intellectus; omnem enim 590 impossibile est fortasse ». Patet ergo quod animam, que est forma, quantum ad intellectiuam partem dicit nichil prohibere remanere post corpus, et tamen ante corpus non fuisse. Cum enim absolute dixisset quod cause mouentes sunt 595 ante, non autem cause formales, non quesitum utrum aliqua forma esset ante materiam, sed utrum aliqua forma remaneat post materiam; et dicit hoc nichil prohibere de forma que est anima, quantum ad intellectiuam partem.
- 600 Cum igitur, secundum premissa Aristotilis uerba, hec forma que est anima post corpus remaneat, non tota sed intellectus, considerandum restat quare magis anima secundum partem intellectiuam post corpus remaneat, quam secundum alias partes, et quam alie forme post suas 605 materias. Cuius quidem rationem ex ipsis Aristotilis uerbis assumere oportet : dicit enim « Separatum autem est solum hoc quod uere est, et hoc solum immortale et perpetuum est ».
- 610 Hanc igitur rationem assignare uidetur quare hoc solum immortale et perpetuum esse uidetur, quia hoc solum est separatum. Sed de quo hic loquatur dubium esse potest, quibusdam dicentibus quod loquitur de intellectu possibili, quibusdam quod 615 de agente : quorum utrumque apparet esse falsum, si diligenter uerba Aristotilis considerentur, nam de utroque Aristotiles dixerat ipsum esse separatum. Restat igitur quod intelligatur de tota intellectiua parte, que quidem separata dicitur 620 quia non est ei aliquod organum, sicut ex uerbis Aristotilis patet.

Dixerat autem Aristotiles in principio libri De anima quod « si est aliquid anime operum aut passionum proprium, continget utique ipsam separari; si uero nullum est proprium ipsius, 625 non utique erit separabilis ». Cuius quidem consequentie ratio talis est, quia unumquodque operatur in quantum est ens; eo igitur modo unicuique competit operari quo sibi competit esse. Forme igitur que nullam operationem 630 habent sine communicatione sue materie, ipse non operantur, sed compositum est quod operatur per formam; unde huiusmodi forme ipse quidem proprie loquendo non sunt, sed eis aliquid est. Sicut enim calor non calefacit, sed calidum, ita 635 etiam calor non est proprie loquendo, sed calidum est per calorem; propter quod Aristotiles dicit in XI Methaphisice quod de accidentibus non uere dicitur quod sunt entia, sed magis quod sunt entis. Et similis ratio est de formis 640 substantialibus que nullam operationem habent absque communicatione materie, hoc excepto quod huiusmodi forme sunt principium essendi substantialiter. Forma igitur que habet operationem secundum aliquam sui potentiam uel 645 uirtutem absque communicatione sue materie, ipsa est que habet esse, nec est per esse compositi tantum sicut alie forme, sed magis compositum est per esse eius. Et ideo destructo composito destruitur illa forma que est per esse compositi; 650 non autem oportet quod destruat ad destructionem compositi illa forma per cuius esse compositum est, et non ipsa per esse compositi.

Si quis autem contra hoc obiciat quod Aristotiles dicit in I De anima, quod « intelligere et amare 655 et odire non sunt illius passionibus, id est anime, sed huius habentis illud secundum quod illud habet; quare et hoc corrupto neque memoratur neque amat, non enim illius erant sed communis, quod quidem destructum est » : patet responsio per dictum Themistii hoc exponentis, qui dicit 660 « Nunc dubitanti magis quam docenti assimilatur » Aristotiles. Nondum enim destruxerat opinionem dicentium non differre intellectum et sensum; unde in toto illo capitulo loquitur de intellectu 665 sicut de sensu : quod patet precipue ubi probat

590 animam] anima Bg¹L²P² 593 tamen om. L²P²P² 596 sed...materiam hom. om. C¹ 597 remaneat] -neret Bu¹L² post materiam Bg¹ def. C¹ 612 loquatur] -itur Bg¹M²P² -itur Bu¹ -etur L² 614 quod om. Bg¹M²P² 617 dixerat] ante Aristotiles Bg¹C¹ post ipsum L² 618 igitur] ergo L²P²P² 629 competit¹ Bu¹P² conuenit Bg¹Me¹Mi¹ dub. cet. 638 XI] vii et xi Me¹ xii L² 6 P² 639 sunt...sunt] sint(sit P²)...sint Bg¹M²L²P² sunt...sint Bu¹C¹

580-90 Metaph. XI (= XII) 3 (1070 a 21-27). 585 Boetii : cf. nostra Praef. § 37 b. 608 De anima III 4 [10] (430 a 22-23). 614 possibili : ita Averroes III comm. 20 lin. 135 sqq. (p. 448). 615 agente : ita Alexander et Themistius, sec. Averroem ibid. lin. 21 sqq. (pp. 444-445). 617 de utroque...dixerat : cf. supra lin. 258-266. 622 De anima I 2 (403 a 10-12). 638 Metaph. XI [= XII] 1 (1069 a 21-22) « nec entia ut simpliciter »; expressius tamen VII 1 (1028 a 18) « dicuntur entia eo quod taliter entis », sec. transl. Moerbekeanum. 655 De anima I 10 (408 b 25-29). 661 Themistius In De anima l.c. (p. 75 lin. 90). 666 ubi probat... : De anima I 10 (408 b 19-24).

intellectum incorruptibilem per exemplum sensus, qui non corrumpitur ex senectute. Vnde et per totum sub conditione et sub dubio loquitur
 670 sicut inquirens, semper coniungens ea que sunt intellectus hiis que sunt sensus : quod precipue apparet ex eo quod in principio solutionis dicit « Si enim et quam maxime dolere et gaudere et intelligere » etc. Si quis autem pertinaciter dicere
 675 uellet quod Aristotiles ibi loquitur determinando ; adhuc restat responsio, quia intelligere dicitur esse actus coniuncti non per se sed per accidens, in quantum scilicet eius obiectum, quod est fantasma, est in organo corporali, non quod iste
 680 actus per organum corporale exerceatur.

Si quis autem querat ulterius : si intellectus sine fantasmate non intelligit, quomodo ergo anima habebit operationem intellectualem postquam fuerit a corpore separata ? Scire autem debet
 685 qui hoc obicit, quod istam questionem soluere non pertinet ad naturalem. Vnde Aristotiles in II Phisicorum dicit de anima loquens « Quomodo autem separabile hoc se habeat et quid sit, philosophie prime opus est determinare ». Estimandum est enim quod alium modum intelligendi habebit separata quam habeat coniuncta, similem scilicet aliis substantiis separatis. Vnde non sine causa Aristotiles querit in III De anima ' utrum intellectus non separatus a magnitudine intelligat
 690 aliquid separatim ' : per quod dat intelligere quod aliquid poterit intelligere separatus, quod non potest non separatus.

In quibus etiam uerbis ualde notandum est quod, cum superius utrumque intellectum, scilicet
 700 possibilem et agentem, dixerit separatim, hic tamen dicit eum non separatim. Est enim separatus in quantum non est actus organi, non separatim uero in quantum est pars siue potentia anime que est actus corporis, sicut supra dictum
 705 est. Huiusmodi autem questiones certissime colligi potest Aristotilem soluisse in hiis que patet eum scripsisse de substantiis separatis, ex hiis que dicit in principio XII Methaphisice ; quos

etiam libros uidi numero X, licet nondum in lingua nostra translatos.

710 Secundum hoc igitur patet quod rationes inducte in contrarium necessitatem non habent. Essentiale enim est anime quod corpori uniatur ; sed hoc impeditur per accidens, non ex parte sua sed ex parte corporis quod corrumpitur :
 715 sicut per se competit leui sursum esse, et ' hoc est leui esse ut sit sursum ', ut Aristotiles dicit in VIII Phisicorum, « contingit tamen per aliquod impedimentum quod non sit sursum ».

Ex hoc etiam patet solutio alterius rationis. 720 Sicut enim quod habet naturam ut sit sursum, et quod non habet naturam ut sit sursum, specie differunt ; et tamen idem et specie et numero est quod habet naturam ut sit sursum, licet quandoque sit sursum et quandoque non sit
 725 sursum propter aliquod impedimentum : ita differunt specie due forme, quarum una habet naturam ut uniatur corpori, alia uero non habet ; sed tamen unum et idem specie et numero esse potest habens naturam ut uniatur corpori, licet
 730 quandoque sit actu unitum, quandoque non actu unitum propter aliquod impedimentum.

Adhuc autem ad sui erroris fulcrum assumunt quod Aristotiles dicit in libro De generatione animalium, scilicet « intellectum
 735 solum deforis aduenire et diuinum esse solum » ; nulla autem forma que est actus materie aduenit deforis, sed educitur de potentia materie : intellectus igitur non est forma corporis.

Obiciunt etiam quod omnis forma corporis 740 mixti causatur ex elementis ; unde si intellectus esset forma corporis humani, non esset ab extrinseco, sed esset ex elementis causatus.

Obiciunt etiam ulterius circa hoc, quod sequeretur quod etiam uegetatiuum et sensitium
 745 essent ab extrinseco : quod est contra Aristotilem ; precipue si esset una substantia anime cuius potentie essent uegetatiuum, sensitium et intellectiuum ; cum intellectus sit ab extrinseco, secundum Aristotilem.
 750

673 gaudere et dolere C¹Me¹Mi¹P¹P¹ 682 anima] post fuerit Me¹ om. Bg¹C¹Mi¹ 684 separata] -atus Bg¹Mi¹ 688 separabile hoc coni. cum L¹ separabilis hec Bg¹Bu¹ separabil' hoc est. 704 supra om. Bu¹L¹P¹P¹ 709 numero X] numero xlii Bu¹ numero 22 uel x Me¹ quod C¹ (cf. Praef. § 37) 745 et...essent] esset Me¹ et...esset C¹L¹P¹

673 Ibid. (408 b 5-6). 687 Phis. II 4 (194 b 14-15). 693 De anima III 6 [12] (431 b 17-19). 695 dat intelligere... : cf. Super Metaph. IX 11 (1052 a 2). 704 supra : lin. 469-487. 707 scripsisse... : cf. infra 5, 335-337 ; item De ueritate q. 18 a. 5 ad 8 ; Qu. de anima a. 16 resp. ; Super De anima III 6 [12] (in fine). 708 dicit... : Metaph. XII [= XIII] c. 1 (1076 a 10-15) « perscrutatio est utrum est aliqua preter substantias sensibiles immobilis et sempiterna aut non est, et si est que est principium » (msa Brugge, Stadabibl. 478, f. 56 va ; Paris, Univ. 568, f. 43 va). 709 uidi... : cf. Praef. § 37 c. 712 inducte : supra lin. 551-568. 718 Phis. VIII 8 (255 b 15-16 et 19-20). 734 assumunt... : v. gr. Sigerus In III De anima q. 1 lin. 48 (p. 3) ; De anima intellectiva cap. 8 lin. 11-14 (p. 109). 735 De gener. animalium II c. 3 (736 b 27-28) sec. transal. Moerbekeanum (ed. Drossaart Lulofs, p. 54 lin. 3-4). 740 obiciunt... : cf. Averroes In De anima III comm. 5 lin. 312 seqq. (p. 397) improbens opinionem Alexandri, quod « intellectus materialis est virtus facta a complexione » (ibid. lin. 217). 744 Obiciunt... : cf. que supra lin. 734 in nota.

Horum autem solutio in promptu apparet secundum premissa. Cum enim dicitur quod omnis forma educitur de potentia materie, considerandum uidetur quid sit formam de potentia materie educi. Si enim hoc nichil aliud sit quam materiam preexistere in potentia ad formam, nichil prohibet sic dicere materiam corporalem preexistisse in potentia ad animam intellectiuam; unde Aristotiles dicit in libro De generatione animalium « Primum quidem omnia uisa sunt uiuere talia, scilicet separata fetuum, plante uita; consequenter autem palam quia et de sensitiua dicendum anima et de actiua et de intellectiua: omnes enim necessarium potentia prius habere quam actu ». Sed quia potentia dicitur ad actum, necesse est ut unumquodque secundum eam rationem sit in potentia, secundum quam rationem conuenit sibi esse actu. Iam autem ostensum est quod aliis formis, que non habent operationem absque communicatione materie, conuenit sic esse actu ut magis ipse sint quibus composita sunt, et quodammodo compositis coexistentes, quam quod ipse suum esse habeant; unde sicut totum esse earum est in concretionem ad materiam, ita totaliter educi dicuntur de potentia materie. Anima autem intellectiua, cum habeat operationem sine corpore, non est esse suum solum in concretionem ad materiam; unde non potest dici quod educatur de materia, sed magis quod est a principio extrinseco. Et hoc ex uerbis Aristotiles apparet « Relinquitur autem intellectum solum de foris aduenire et diuinum esse solum »; et causam assignat subdens « Nichil enim ipsius operationi communicat corporalis operatio ». Miror autem unde secunda obiectio processerit, quod si intellectiua anima esset forma corporis mixti, quod causaretur ex commixtione elementorum, cum nulla anima ex commixtione elementorum causetur. Dicit enim Aristotiles immediate post uerba premissa « Omnis quidem igitur anime uirtus altero corpore uisa est participare et diuinore uocatis elementis: ut autem differunt honorabilitate anime et uilitate inuicem, sic et talis differt natura; omnium quidem enim in spermate existit quod facit

genitiua esse spermata, uocatum calidum. Hoc autem non ignis neque talis uirtus est, sed interceptus in spermate et in spumoso spiritus aliquis et in spiritu natura, proportionalis existens astrorum ordinationi ». Ergo ex mixtione elementorum nedum intellectus, sed nec anima uegetabilis producit.

Quod uero tertio obicitur, quod sequeretur sensitium et uegetatium esse ab extrinseco, non est ad propositum. Iam enim patet ex uerbis Aristotiles quod ipse hoc indeterminatum reliquit, utrum intellectus differat ab aliis partibus anime subiecto et loco, ut Plato dixit, uel ratione tantum. Si uero detur quod sint idem subiecto, sicut uerius est, nec adhuc inconueniens sequitur. Dicit enim Aristotiles in II De anima, quod « similiter se habent ei quod de figuris et que secundum animam sunt: semper enim in eo quod est consequenter, est potentia quod prius est, in figuris et in animatis; ut in tetragono quidem trigonum est, in sensitiuo autem uegetatium ». Si autem idem subiecto est etiam intellectiuium, quod ipse sub dubio relinquit, similiter dicendum esset quod uegetatium et sensitium sint in intellectiuium ut trigonum et tetragonum in pentagono. Est autem tetragonum quidem a trigono simpliciter alia figura specie, non autem a trigono quod est potentia in ipso; sicut nec quaternarius a ternario qui est pars ipsius, sed a ternario qui est seorsum existens. Et si contingeret diuersas figuras a diuersis agentibus produci, trigonum quidem seorsum a tetragono existens haberet aliam causam producentem quam tetragonum, sicut et habet aliam speciem; sed trigonum quod inest tetragono haberet eandem causam producentem. Sic igitur uegetatium quidem seorsum a sensitiuium existens alia species anime est, et aliam causam productiuam habet; eadem tamen causa productiua est sensitiui, et uegetatiui quod inest sensitiui. Si ergo sic dicatur quod uegetatium et sensitium quod inest intellectiui, est a causa extrinseca a qua est intellectiuium, nullum inconueniens sequitur: non enim inconueniens est effectum superioris agentis habere uirtutem quam habet effectus inferioris agentis, 840

786 intellectiua anima *inv.* Bg¹Bu¹Pr¹ 791 igitur *om.* Bu¹L¹Me¹ 792 participare Bg¹Me¹Pr¹ participans Bu¹ particeps C¹ percipere *est.* 792 diuinore Bg¹Bu¹ diuinorum *est.* 795 enim] igitur Me¹ ante existit quidem L¹ *om.* P¹P¹ 796 genitiua Mi¹P¹ genitura Bg¹ genitum Pr¹ genitam *est.* 798 spiritus aliquis *inv.* L¹P¹P¹ 800 mixtione] commixtione C¹Mi¹P¹ 801 nedum *con.* nondum P¹ neque dum Me¹ nec Bu¹ necdum *est.* 804 uegetatium et sensitium Bg¹Me¹Pr¹ 806 reliquit] relinquit Bu¹P¹P¹ 812 ei quod] ea que L¹Mi¹Pr¹ 818 relinquit] -liquit L¹Me¹Pr¹ 819 sint] sunt Bu¹C¹Me¹ sicut P¹ 823 quod Me¹Mi¹ qui *est.* 830 inest] est in Bu¹Me¹P¹ 838 inconueniens est *inv.* Bg¹P¹P¹Pr¹

759 II c. 3 (736 b 12-15); ed. cit. p. 53 lin. 20-24. 761 uita: sic codices; 'ultam' sed. Transl. Moerbekanam (ed. cit. lin. 21). 768 ostensum esse...: supra lin. 630 sqq. 781-84 De gener. animal. II c. 3 (736 b 27-29); ed. cit. p. 54 lin. 3-5. 790-800 Ibid. (736 b 29-737 a 1); p. 54 lin. 6-13. 805 Iam...: cf. supra lin. 122 sqq. 811 De anima II 5 (414 b 28-32).

et adhuc amplius; unde et anima intellectiva, quamvis sit ab exteriori agente, habet tamen uirtutes quas habent anima uegetatiua et sensitua, que sunt ab inferioribus agentibus.

845 Sic igitur, diligenter consideratis fere omnibus uerbis Aristotilis que de intellectu humano dixit, apparet eum huius fuisse sententie quod anima humana sit actus corporis, et quod eius pars siue potentia sit intellectus possibilis.

CAPITVLVM II

Nunc autem considerare oportet quid alii Peripatetici de hoc ipso senserunt. Et accipiamus primo uerba Themistii in Commento de anima, ubi sic dicit «Intellectus iste quem dicimus in 15 potentia magis est anime connaturalis», scilicet quam agens; «dico autem non omni anime, sed solum humane. Et sicut lumen potentia uisui et potentia coloribus adueniens actu quidem uisum fecit et actu colores, ita et intellectus 10 iste qui actu non solum ipsum actu intellectum fecit, sed et potentia intelligibilia actu intelligibilia ipse instituit». Et post pauca concludit «Quam igitur rationem habet ars ad materiam, hanc et intellectus factiuus ad eum qui in potentia. 15 Propter quod et in nobis est intelligere quando uolumus. Non enim est ars materie exterioris, sed inuestitur toti potentia intellectui qui factiuus; ac si utique edificator lignis et erarius eri non ab extrinseco existeret, per totum autem ipsum 20 penetrare potens erit. Sic enim et qui secundum actum intellectus intellectui potentia superueniens unum fit cum ipso».

Et post pauca concludit «Nos igitur sumus aut qui potentia intellectus, aut qui actu. Siquidem 25 igitur in compositis omnibus ex eo quod potentia et ex eo quod actu, aliud est hoc et aliud est esse huic, aliud utique erit ego et michi esse. Et ego quidem est compositus intellectus ex potentia et actu, michi autem esse ex eo quod actu est. 30 Quare et que meditor et que scribo, scribit quidem intellectus compositus ex potentia et actu, scribit autem non qua potentia sed qua

actu; operari enim inde sibi deriuatur». Et post pauca adhuc manifestius «Sicut igitur aliud est animal et aliud animali esse, animali autem esse 35 est ab anima animalis, sic et aliud quidem ego, aliud autem michi esse. Esse igitur michi ab anima et hac non omni; non enim a sensitua, materia enim erat fantasie; neque rursum a fantastica, materia enim erat potentia intellectus; 40 neque eius qui potentia intellectus, materia enim est factiuus. A solo igitur factiuo est michi esse». Et post pauca subdit «Et usque ad hunc progressa natura cessauit, tamquam nichil habens alterum honoratius cui faceret ipsum subiectum. Nos 45 itaque sumus actiuus intellectus».

Et postea reprobandis quorundam opinionem dicit «Cum predixisset, scilicet Aristotiles, in omni natura hoc quidem materiam esse, hoc autem quod materiam mouet aut perficit, necesse 50 ait et in anima existere has differentias, et esse aliquem hunc talem intellectum in omnia fieri, hunc talem in omnia facere. In anima enim ait esse talem intellectum et anime humane uelut quandam partem honoratissimam». Et post pauca 55 dicit «Ex eadem etiam littera hoc contingit confirmare, quod putat, scilicet Aristotiles, aut nostri aliquid esse actiuum intellectum, aut nos».

Patet igitur ex premissis uerbis Themistii, quod non solum intellectum possibilem, sed etiam 60 agentem partem anime humane esse dicit, et Aristotilem ait hoc sensisse; et iterum quod homo est id quod est, non ex anima sensitua ut quidam mentiuntur, sed ex parte intellectiua et principali.

Et Theophrasti quidem libros non uidi, sed eius uerba introducit Themistius in Commento que sunt talia, sic dicens «Melius est autem et dicta Theophrasti proponere de intellectu potentia et de eo qui actu. De eo igitur qui potentia hec 70 ait: Intellectus autem qualiter a foris existens et tamquam superpositus, tamen connaturalis? Et que natura ipsius? Hoc quidem enim nichil esse secundum actum, potentia autem omnia 75 bene, sicut et sensus. Non enim sic accipiendum est ut neque sit ipse, litigiosum est enim, sed ut subiectam quandam potentiam sicut et in

845 habent] habet Bu¹L²P³

2. 1 quid] quod C¹P²P³ 11 intelligibilia²] intellectiua C¹L²P³ actu intelligibilia *hom. om.* C¹L²Me¹P³ 24 Siquidem] sed quidem C¹P²P³ 33 sibi] ante inde Mi¹ post deriuatur Bg¹ *om.* C¹L² 41 neque...intellectus *hom. om.* C¹L² qui Bu¹Bg¹P² quod *est.* (def. C¹L²) 42 igitur] *abbine def.* Me¹; eius loco assumitur V⁶⁸ 43 ad hunc P²P³ hanc Bu¹ *om.* V⁶⁸ ad huc *est.* 48 dicit] dixit Mi¹P²P³ 51 et in] in P²V⁶⁸ cum P²P³ 52 omnia...omnia] anima...anima L²P²P³ 58 aliquid] aliquid L²P²P³ aliud Mi¹ 70 qui¹] quod C¹P² quod est P² in *add.* V⁶⁸ 72 superpositus] suppositus L²P²P³

2. 3 In *De anima* III (430 a 14-17); ed. p. 225 lin. 2-8. 12-22: Ibid. lin. 16-24. 23-46: Ibid., pp. 228-229 lin. 68-75 79-85 et 89-91. 48-58: Pp. 233-34 lin. 73-79 et 88-90. 68-80: Op. laud., p. 242 lin. 34-62.

materialibus. Sed hoc a foris igitur, non ut adiectum, sed ut in prima generatione comprehendens ponendum ».

Sic igitur Theophrastus, cum quesisset duo : primo quidem quomodo intellectus possibilis sit ab extrinseco, et tamen nobis connaturalis ; et secundo que sit natura intellectus possibilis : respondit primo ad secundum quod est in potentia omnia, non quidem sicut nichil existens sed sicut sensus ad sensibilia. Et ex hoc concludit responsionem prime questionis, quod non intelligitur sic esse ab extrinseco quasi aliquid adiectum accidentaliter uel tempore procedente, sed a prima generatione, sicut continens et comprehendens naturam humanam.

Quod autem Alexander intellectum possibilem posuerit esse formam corporis, etiam ipse Auerrois confitetur ; quamuis, ut arbitror, peruerse uerba Alexandri acceperit, sicut et uerba Themistii preter eius intellectum assumit. Nam quod dicit, Alexandrum dixisse intellectum possibilem non esse aliud quam preparationem que est in natura humana ad intellectum agentem et ad intelligibilia : hanc preparationem nichil aliud intellexit quam potentiam intellectiuam que est in anima ad intelligibilia. Et ideo dixit eam non esse uirtutem in corpore quia talis potentia non habet organum corporale, et non ex ea ratione, ut Auerrois impugnat, secundum quod nulla preparatio est uirtus in corpore.

Et ut a Grecis ad Arabes transeamus, primo manifestum est quod Auicenna posuit intellectum uirtutem anime que est forma corporis. Dicit enim sic in suo libro De anima « Intellectus actiuus, id est practicus, eget corpore et uirtutibus corporalibus ad omnes actiones suas ; contemplatiuus autem intellectus eget corpore et uirtutibus eius, sed nec semper nec omnino : sufficit enim ipse sibi per se ipsum. Nichil autem horum est anima humana, sed anima est id quod habet has uirtutes et, sicut postea declarabimus, est substantia solitaria, id est per se, que habet aptitudinem ad actiones, quarum quedam sunt que non perficiuntur nisi per instrumenta et per usum eorum ullo modo ; quedam uero sunt quibus non sunt necessaria instrumenta aliquo modo ».

Item, in prima parte dicit quod « anima humana est perfectio prima corporis naturalis instrumentalis, secundum quod attribuitur ei agere actiones electione deliberationis, et adinuenire meditando, et secundum hoc quod apprehendit uniuersalia ». Sed uerum est quod postea dicit et probat quod anima humana, secundum id quod est sibi proprium, id est secundum uim intellectiuam, « non sic se habet ad corpus ut forma, nec eget ut sibi preparetur organum ».

Deinde subiungenda sunt uerba Algazelis sic dicentis « Cum commixtio elementorum fuerit pulchrioris et perfectioris equalitatis, qua nichil possit inueniri subtilius et pulchrius, tunc fiet apta ad recipiendum a datore formarum formam pulchriorem formis aliis, que est anima hominis. Huius uero anime humane due sunt uirtutes : una operans et altera sciens », quam uocat intellectum, ut ex consequentibus patet. Et tamen postea multis argumentis probat, quod operatio intellectus non fit per organum corporale.

Hec autem premisimus, non quasi uolentes ex philosophorum auctoritatibus reprobare suppositum errorem ; sed ut ostendamus quod non soli Latini, quorum uerba quibusdam non sapiunt, sed etiam Greci et Arabes hoc senserunt, quod intellectus sit pars uel potentia seu uirtus anime que est corporis forma. Vnde miror ex quibus Peripateticis hunc errorem se assumpsisse gloriantur, nisi forte quia minus uolunt cum ceteris Peripateticis recte sapere, quam cum Auerrois oberrare, qui non tam fuit Peripateticus quam philosophic peripatetice deprauator.

CAPITVLVM III.

Ostenso igitur ex uerbis Aristotilis et aliorum sequentium ipsum quod intellectus est potentia anime que est corporis forma, licet ipsa potentia que est intellectus non sit alicuius organi actus, « quia nichil ipsius operationi communicat corporalis operatio », ut Aristotiles dicit ; inquirendum est per rationes quid circa hoc sentire sit necesse. Et quia, secundum doctrinam Aristotilis, oportet ex actibus principia actuum considerare, ex ipso

85 respondit] -det P^uV^u dub. I^uPr^u

154 Auerrois] -rois Bu¹Pr^u -roy Mi^u

94 etiam] et Mi^uP^uP^uV^u

155 oberrare] aberrare P^uP^u

122 ullo] nullo C¹L^uP^uP^u

ab errore C¹Pr^u errore manere L^u

126 actiones] -nis C¹L^uP^uP^u

95 confitetur : Auerroes In De anima III comm. 5 lin. 196-227 (pp. 393-94).

recepit Thomas quae de illis refert Auerroes In De anima III comm. 5 ; nunc autem expertus veram Themistii sententiam, de ipso Alexandro

aliud coniectat quam in Super Sent. II d. 17 q. 2 a. 1 et Contra Gent. II c. 62.

(pp. 393-395). 111-123 Avicenna De anima V c. 1 (ed. Van Riet, p. 80 lin. 54-63).

lin. 44-45). 135-41 Algazel Metaphysica II tr. 4 diccio 5 (ed. Muckle, p. 172 lin. 2-13).

8. 6 De gener. animal. II c. 3 (736 b 28-29 ; ed. p. 54 lin. 4-5).

In III De anima q. 4 lin. 67 (p. 12) allegans Auerroem In De anima III comm. 1 lin. 40-41 (p. 380).

96 peruerse... : antehac de Alexandro sicut de Themistio

98 dicit... : Auerroes In De anima III comm. 5 lin. 196 seqq.

124-128 I c. 5 (p. 80 lin. 12-16).

132 II c. 1 (p. 113

doctrinam... : cf. De anima II 6 (415 a 18-20) ; cui consentit Sigerus

10 actu proprio intellectus qui est intelligere primo
hoc considerandum uidetur. In quo nullam
firmiorem rationem habere possumus ea quam
Aristoteles ponit, et sic argumentatur : ' Anima
est primum quo uiuimus et intelligimus, ergo
15 est ratio quedam et species ' corporis cuiusdam.
Et adeo huic rationi innititur, quod eam dicit
esse demonstrationem, nam in principio capituli
sic dicit « Non solum quod quid est oportet
diffinitiuam rationem ostendere, sicut plures ter-
20 minorum dicunt, sed et causam inesse et demons-
trare » ; et ponit exemplum : sicut demonstratur
quid est tetragonismus, id est quadratum, per
inventionem medie linee proportionalis.

Virtus autem huius demonstrationis et insolu-
25 bilitas apparet, quia quicumque ab hac uia
diuertere uoluerint, necesse habent inconueniens
dicere. Manifestum est enim quod hic homo
singularis intelligit : numquam enim de intellectu
quereremus nisi intelligeremus ; nec cum querimus
30 de intellectu, de alio principio querimus quam
de eo quo nos intelligimus. Vnde et Aristoteles
dicit « Dico autem intellectum quo intelligit
anima ». Concludit autem sic Aristoteles quod si
aliquid est primum principium quo intelligimus,
35 oportet illud esse formam corporis ; quia ipse
prius manifestauit quod illud quo primo aliquid
operatur est forma. Et patet hoc per rationem,
quia unumquodque agit in quantum est actu ;
est autem unumquodque actu per formam : unde
40 oportet illud quo primo aliquid agit esse formam.

Si autem dicas quod principium huius actus
qui est intelligere, quod nominamus intellectum,
non sit forma, oportet te inuenire modum quo
actio illius principii sit actio huius hominis.
45 Quod diuersimode quidam conati sunt dicere.
Quorum unus Auerroes, ponens huiusmodi princi-
pium intelligendi quod dicitur intellectus possibilis
non esse animam nec partem anime nisi equiuoce,
sed potius quod sit substantia quedam separata,
50 dixit quod intelligere illius substantie separate
est intelligere mei uel illius, in quantum intellectus
ille possibilis copulatur michi uel tibi per fantas-
mata que sunt in me et in te. Quod sic fieri
dicebat : species enim intelligibilis que fit unum
55 cum intellectu possibili, cum sit forma et actus
eius, habet duo subiecta, unum ipsa fantasmata,
aliud intellectum possibilem. Sic ergo intellectus

possibilis continuatur nobiscum per formam
suam mediantibus fantasmatis ; et sic dum
intellectus possibilis intelligit, hic homo intelligit. 60

Quod autem hoc nichil sit, patet tripliciter.
Primo quidem quia sic continuatio intellectus
ad hominem non esset secundum primam eius
generationem, ut Theophrastus dicit et Aristoteles
innuit in II Phisicorum, ubi dicit quod terminus 65
naturalis considerationis de formis est ad formam
secundum quam homo generatur ab homine et
a sole. Manifestum est autem quod terminus
considerationis naturalis est in intellectu ; secun-
dum autem dictum Auerroes, intellectus non 70
continuetur homini secundum suam genera-
tionem, sed secundum operationem sensus, in
quantum est sentiens in actu : fantasia enim est
« motus a sensu secundum actum », ut dicitur
in libro De anima. 75

Secundo uero, quia ista coniunctio non esset
secundum aliquid unum, sed secundum diuersa.
Manifestum est enim quod species intelligibilis
secundum quod est in fantasmatis, est intellecta
in potentia ; in intellectu autem possibili est 80
secundum quod est intellecta in actu, abstracta
a fantasmatis. Si ergo species intelligibilis non
est forma intellectus possibilis nisi secundum
quod est abstracta a fantasmatis, sequitur
quod per speciem intelligibilem non continuatur 85
fantasmatis, sed magis ab eis est separatus.
Nisi forte dicatur quod intellectus possibilis
continuatur fantasmatis sicut speculum conti-
nuatur homini cuius species resultat in speculo ;
talis autem continuatio manifestum est quod 90
non sufficit ad continuationem actus. Manifestum
est enim quod actio speculi, que est representare,
non propter hoc potest attribui homini : unde
nec actio intellectus possibilis propter predictam
copulationem posset attribui huic homini qui est 95
Sortes, ut hic homo intelligeret.

Tertio, quia dato quod una et eadem species
numero esset forma intellectus possibilis et esset
simul in fantasmatis ; nec adhuc talis copulatio
sufficeret ad hoc quod hic homo intelligeret. 100
Manifestum est enim quod per speciem intelli-
gibilem aliquid intelligitur, sed per potentiam
intellectiuam aliquid intelligit ; sicut etiam per
speciem sensibilem aliquid sentitur, per potentiam
autem sensitiuam aliquid sentit. Vnde paries in 105

8. 26 diuertere] -teret Bu¹ uoluerint Bg¹Mi² -erit L²P² om. C¹Bu¹ -erunt cet. 40 primo] primum C¹L²P²P¹ 86-88 sed...
fantasmatis hom. om. C¹P² 86 est] ante ab eis Bg¹Bu¹ def. C¹P² est separatus] separatur P²

13-15 Cf. De anima II 4 (414 a 12-14).

18-23 II 3 (413 a 13-20).

32 De anima III 1 [7] (429 a 23).

46 ponens... : cf. Auerroes

In De anima II comm. 21 lin. 25-27 (p. 160) et comm. 32 lin. 34-35 (p. 178).

54 dicebat... : In De anima III comm. 5 lin. 376-94 (p. 400).

64 Theophrastus : cf. supra 2, 79.

65 Phys. II 4 (194 b 9-13) ; cf. supra 1, 522-527.

75 De anima II 30 [III 6] (429 a 1-2).

quo est color, cuius species sensibilis in actu est in uisu, uidetur, non uidet; animal autem habens potentiam uisuiam, in qua est talis species, uidet. Talis autem est predicta copulatio intellectus
 110 possibilis ad hominem, in quo sunt fantasmata quorum species sunt in intellectu possibili, qualis est copulatio parietis in quo est color ad uisum in quo est species sui coloris. Sicut igitur paries non uidet, sed uidetur eius color, ita sequeretur
 115 quod homo non intelligeret, sed quod eius fantasmata intelligerentur ab intellectu possibili. Impossibile est ergo saluari quod hic homo intelligat, secundum positionem Auerrois.

Quidam uero uidentes quod secundum uiam
 120 Auerrois sustineri non potest quod hic homo intelligat, in aliam diuerterunt uiam, et dicunt quod intellectus unitur corpori ut motor; et sic, in quantum ex corpore et intellectu fit unum ut ex mouente et moto, intellectus est pars huius
 125 hominis; et ideo operatio intellectus attribuitur huic homini, sicut operatio oculi que est uidere attribuitur huic homini. Querendum est autem ab eo qui hoc ponit, primo quid sit hoc singulare quod est Sortes: utrum Sortes sit solus intellectus
 130 qui est motor; aut sit motum ab ipso, quod est corpus animatum anima uegetatiua et sensitua; aut sit compositum ex utroque. Et quantum ex sua positione uidetur, hoc tertium accipiet quod Sortes sit aliquid compositum ex utroque.

Procedamus ergo contra eos per rationem
 135 Aristotilis in VIII Methaphisice « Quid est igitur quod facit unum hominem ». « Omnium enim que plures partes habent et non sunt quasi coaceruatio totum, sed est aliquid totum preter
 140 partes, est aliqua causa unum essendi: sicut in quibusdam tactus, in quibusdam uiscositas, aut aliquid aliud huiusmodi... Palam autem quia si sic transformant, ut consueuerunt diffinire et dicere, non contingit reddere et soluere dubitationem.

145 Si autem est ut dicimus: hoc quidem materia illud uero forma, et hoc quidem potestate illud uero actu, non adhuc dubitatio uidebitur esse ». Sed si tu dicas quod Sortes non est unum quid simpliciter, sed unum quid aggregatione
 150 motoris et moti, sequuntur multa inconuenientia. Primo quidem quia, cum unumquodque sit

similiter unum et ens, sequitur quod Sortes non sit aliquid ens, et quod non sit in specie nec in genere; et ulterius quod non habeat aliquam actionem, quia actio non est nisi entis. Vnde
 155 non dicimus quod intelligere naute sit intelligere huius totius quod est nauta et nauis, sed naute tantum; et similiter intelligere non erit actus Sortis, sed intellectus tantum utentis corpore Sortis: in solo enim toto quod est aliquid unum
 160 et ens, actio partis est actio totius. Et si quis aliter loquatur, improprie loquitur. Et si tu dicas quod hoc modo celum intelligit per motorem suum, est assumptio difficilius: per intellectum enim humanum oportet nos deuenire ad cognos-
 165 cendum intellectus superiores, et non e conuerso.

Si uero dicatur quod hoc indiuiduum quod est Sortes, est corpus animatum anima uegetatiua et sensitua, ut uidetur sequi secundum eos qui ponunt quod hic homo non constituitur in specie
 170 per intellectum, sed per animam sensituiam nobilitatam ex aliqua illustratione seu copulatione intellectus possibilis: tunc intellectus non se habet ad Sortem nisi sicut mouens ad motum. Sed secundum hoc actio intellectus que est
 175 intelligere, nullo modo poterit attribui Sorti: quod multipliciter apparet.

Primo quidem per hoc quod dicit Philosophus in IX Methaphisice, quod « quorum diuersum aliquid erit preter usum quod fit, horum actus in facto
 180 est, ut edificatio in edificato et contextio in contexto; similiter autem et in aliis, et totaliter motus in moto. Quorum uero non est aliud aliud opus preter actionem, in eis existit actio, ut uisio in uidente et speculatio in speculante ». Sic ergo, etsi intellectus ponatur uniri Sorti ut
 185 mouens, nichil proficit ad hoc quod intelligere sit in Sorte, nedum quod Sortes intelligat: quia intelligere est actio que est in intellectu tantum. Ex quo etiam patet falsum esse quod dicunt,
 190 quod intellectus non est actus corporis, sed ipsum intelligere; non enim potest esse alicuius actus intelligere, cuius non sit actus intellectus, quia intelligere non est nisi in intellectu, sicut nec uisio nisi in uisu: unde nec uisio potest
 195 esse alicuius, nisi illius cuius actus est uisus.

Secundo, quia actio mouentis propria non

123 ex intellectu et corpore Bu¹P²Pr³

124 sic transformant Bg¹Bu²Mi³Pr⁴] sit transformatum est.

125 attribuitur...: hoc non legitur apud Sigeri *Quaest. in tertium*.

126 positione...: cf. Sigerus *In III De anima* q. 1 lin. 62-64 « Intellectus... in suo aduentu unitur uegetatiuo et sensitio, et sic ipsa unita non faciunt unam simplicem < substantiam > sed compositam » (p. 3).

127-47 Ibid. (1045 a 8-12 et 20-23); cf. Praef. Append. D.

128 nedum cont.] neodum eod.

129 Metaph. IX 8 (1050 a 30-36).

142 sic transformant Bg¹Bu²Mi³Pr⁴] sit transformatum est.

147 uidebitur] uidetur

152 sequitur] -etur C¹L²Mi³ sequeretur Pr⁴

180 horum actus cont.] hoc autem C¹P² actus Bu¹Mi³ hoc actus est.

136 Metaph. VIII 5 (1045 a 14).

attribuitur instrumento aut moto, sed magis e
 conuerso actio instrumenti attribuitur principali
 mouenti : non enim potest dici quod serra
 disponat de artificio, potest tamen dici quod
 artifex secat, quod est opus serre. Propria autem
 operatio ipsius intellectus est intelligere ; unde
 dato etiam quod intelligere esset actio transiens
 in alterum sicut mouere, non sequitur quod
 intelligere conueniret Sorti si intellectus uniatur
 ei solum ut motor.

Tertio, quia in hiis quorum actiones in alterum
 transeunt, opposito modo attribuuntur actiones
 mouentibus et motis : secundum edificationem
 enim edificator dicitur edificare, edificium uero
 edificari. Si ergo intelligere esset actio in alterum
 transiens sicut mouere, adhuc non esset dicendum
 quod Sortes intelligeret ad hoc quod intellectus
 uniretur ei ut motor, sed magis quod intellectus
 intelligeret et Sortes intelligeretur ; aut forte
 quod intellectus intelligendo moueret Sortem, et
 Sortes moueretur.

Contingit tamen quandoque quod actio mo-
 uentis traducitur in rem motam, puta cum ipsum
 motum mouet ex eo quod mouetur, et calefactum
 calefacit. Posset ergo aliquis sic dicere quod
 motum ab intellectu, qui intelligendo mouet, ex
 hoc ipso quod mouetur intelligit. Huic autem
 dicto Aristotiles resistit in II De anima, unde
 principium huius rationis assumpsimus. Cum
 enim dixisset quod id quo primo scimus et
 sanamur est forma, scilicet scientia et sanitas,
 subiungit « Videtur enim in patienti et disposito
 actiuorum inesse actus ». Quod exponens
 Themistius dicit « Nam et si ab aliis aliquando
 scientia et sanitas est, puta a docente et medico,
 tamen in patiente et disposito facientium inexistere
 actus ostendimus prius, in hiis que De natura ».
 Est ergo intentio Aristotilis, et euidenter est
 uerum, quod quando motum mouet et habet
 actionem mouentis, oportet quod insit ei actus
 aliquis a mouente quo huiusmodi actionem
 habeat, et hoc est primum quo agit, et est actus
 et forma eius ; sicut si aliquid est calefactum,
 calefacit per calorem qui inest ei a calefaciente.
 Detur ergo quod intellectus moueat animam

Sortis, uel illustrando uel quocumque modo ;
 hoc quod est relictum ab impressione intellectus
 in Sorte est primum quo Sortes intelligit. Id
 autem quo primo Sortes intelligit, sicut sensu
 sentit, Aristotiles probauit esse in potentia omnia,
 et per hoc non habere naturam determinatam
 nisi hanc quod sit possibilis ; et per consequens
 quod non misceatur corpori, sed sit separatus.
 Dato ergo quod sit aliquis intellectus separatus
 mouens Sortem, tamen adhuc oportet quod iste
 intellectus possibilis de quo Aristotiles loquitur,
 sit in anima Sortis, sicut et sensus qui est in
 potentia ad omnia sensibilia, quo Sortes sentit.

Si autem dicatur quod hoc indiuiduum quod
 est Sortes neque est aliquid compositum ex
 intellectu et corpore animato, neque est corpus
 animatum tantum, sed est solum intellectus : hec
 iam erit opinio Platonis, qui, ut Gregorius
 Nissenus refert, « propter hanc difficultatem non
 uult hominem ex anima et corpore esse,
 sed animam corpore utentem et uelut indutam
 corpus ». Sed et Plotinus, ut Macrobius refert,
 ipsam animam hominem esse testatur, sic dicens
 « Ergo qui uidetur non ipse uerus homo est,
 sed ille a quo regitur qui uidetur. Sic, cum
 morte animalis discedit animatio, cadit corpus a
 regente uiduatum, et hoc est quod uidetur in
 homine mortale. Anima uero, qui uerus homo
 est, ab omni mortalitatis condicione aliena est ».
 Qui quidem Plotinus unus de magnis ponitur
 inter commentatores Aristotilis, ut Simplicius
 refert in Commento Predicamentorum. Hec autem
 sententia nec a uerbis Aristotilis multum aliena
 uidetur : dicit enim in IX Ethicorum quod « boni
 hominis est bonum elaborare et sui ipsius gratia ;
 intellectui enim gratia quod unusquisque esse
 uidetur ». Quod quidem non dicit propter hoc
 quod homo sit solus intellectus, sed quia id quod
 est in homine principalius est intellectus ; unde
 in consequentibus dicit quod « quemadmodum
 ciuitas principalissimum maxime esse uidetur, et
 omnis alia constitutio, sic et homo » : unde
 subiungit quod « unusquisque homo uel est hoc,
 scilicet intellectus, uel maxime ». Et per hunc
 modum arbitror et Themistium in uerbis supra

229 patienti] -nte Bu¹P²V³ 233 inexistere] -tentia L²P² sicut existentes P² existere Bu¹ 238 quo] qui C¹L²P² 244 impressione]
 hic deuot adess Me¹ 245 Id...intelligit hom. om. Bg¹Pr¹ 246 primo Sortes Bu¹Me¹P² inv. est. (def. Bg¹Pr¹) 259 hec P²P² hoc Me¹
 hic Mi² dub. est. 263 indutam] inductam Bu¹C¹P² ibi ducis Me¹ 270 qui] que Bu¹Me¹Mi²P² 272 magnis] commentatoribus
 add. cod. et delendum censemus 283 esse Bu¹Me¹ om. est.

229 De anima II 4 (414 a 11-12).

231 Themistius h. l. (p. 109 lin. 68-71).

247 probauit : cf. De anima III 1 [7] (429 a 9-b 5).

261 Nemesius De natura hominis cap. 3 (PG 40, 593 B), Burgundione interprete (ed. Burkhart, p. [47]) ; cf. cap. 1 (505 A ; p. [14]).

264 Macrobius In Somnium Scipionis II c. 12.

274 Commento : scilicet in prohemio, Guill. de Moerbeke interpr. « Plotinus autem magnus super hec
 operosissimas disquisitiones...ad librum Predicamentorum protulit » (cod. Toledo, Cab. 47-11, fol. 43 ra).

276 Ethic. IX 4 (1166 a 15-17).

282-86 Ibid. IX 9 (1168 a 31-33 et 1169 a 2).

287 supra : cf. 2, 23-28.

positis, et Plotinum in uerbis nunc inductis, dixisse quod homo est anima uel intellectus.

290 Quod enim homo non sit intellectus tantum uel anima tantum, multipliciter probatur. Primo quidem ab ipso Gregorio Nisseno, qui inducta opinione Platonis subdit « Habet autem hic sermo difficile uel indissolubile quid : qualiter
295 enim unum esse potest cum indumento anima ? Non enim unum est tunica cum induto ». Secundo, quia Aristotiles in VII Methaphisice probat quod « homo et equus et similia » non sunt solum forma, « sed totum quoddam ex materia et forma ut
300 uniuersaliter ; singulare uero ex ultima materia, ut Socrates iam est, et in aliis similiter ». Et hoc probauit per hoc quod nulla pars corporis potest diffiniri sine parte aliqua anime ; et recedente anima, nec oculus nec caro dicitur nisi equiuoce :
305 quod non esset, si homo aut Sortes esset tantum intellectus aut anima. Tertio, sequeretur quod, cum intellectus non moueat nisi per uoluntatem, ut probatur in III De anima, hoc esset de rebus subiectis uoluntati, quod retineret corpus homo
310 cum uellet, et abiceret cum uellet : quod manifeste patet esse falsum.

Sic igitur patet quod intellectus non unitur Sorti solum ut motor ; et quod, etiam si hoc esset, nichil proficeret ad hoc quod Sortes
315 intelligeret. Qui ergo hanc positionem defendere uolunt, aut confiteantur se nichil intelligere et indignos esse cum quibus aliqui disputent, aut confiteantur quod Aristotiles concludit : quod id quo primo intelligimus est species et forma.

320 Potest etiam hoc concludi ex hoc quod hic homo in aliqua specie collocatur. Speciem autem sortitur unumquodque ex forma : id igitur per quod hic homo speciem sortitur forma est. Vnumquodque autem ab eo speciem sortitur,
325 quod est principium proprie operationis speciei ; propria autem operatio hominis, in quantum est homo, est intelligere : per hoc enim differt ab aliis animalibus, et ideo in hac operatione Aristotiles felicitatem ultimam constituit. Principium autem quo intelligimus est intellectus, ut
330 Aristotiles dicit ; oportet igitur ipsum uniri corpori ut formam, non quidem ita quod ipsa

intellectiua potentia sit alicuius organi actus, sed quia est uirtus anime que est actus corporis phisici organici.

335 Adhuc, secundum istorum positionem destruntur moralis philosophie principia : subtrahitur enim quod est in nobis. Non enim est aliquid in nobis nisi per uoluntatem ; unde et hoc ipsum uoluntarium dicitur, quod in nobis est. Voluntas
340 autem in intellectu est, ut patet per dictum Aristotilis in III De anima, et per hoc quod in substantiis separatis est intellectus et uoluntas ; et per hoc etiam quod contingit per uoluntatem aliquid in uniuersali amare uel odire, sicut odimus
345 latronum genus, ut Aristotiles dicit in sua Rhetorica. Si igitur intellectus non est aliquid huius hominis ut sit uere unum cum eo, sed unitur ei solum per fantasmata uel sicut motor, non erit in hoc homine uoluntas, sed in intellectu
350 separato. Et ita hic homo non erit dominus sui actus, nec aliquis eius actus erit laudabilis uel uituperabilis : quod est diuellere principia moralis philosophie. Quod cum sit absurdum et uite humane contrarium, non enim esset necesse
355 consiliari nec leges ferre, sequitur quod intellectus sic uniatur nobis ut uere ex eo et nobis fiat unum ; quod uere non potest esse nisi eo modo quo dictum est, ut sit scilicet potentia anime que unitur nobis ut forma. Relinquitur igitur hoc
360 absque omni dubitatione tenendum, non propter reuelationem fidei, ut dicunt, sed quia hoc subtrahere est niti contra manifeste apparentia.

Rationes uero quas in contrarium adducunt non difficile est soluere. Dicunt enim quod ex
365 hac positione sequitur quod intellectus sit forma materialis, et non sit denudata ab omnibus naturis rerum sensibilium ; et quod per consequens quicquid recipitur in intellectu, recipietur sicut in materia indiuidualiter et non uniuersaliter. Et
370 ulterius quod si est forma materialis, quod non est intellecta in actu, et ita intellectus non poterit se intelligere : quod est manifeste falsum. Nulla enim forma materialis est intellecta in actu, sed in potentia tantum : fit autem intellecta in actu
375 per abstractionem.

Horum autem solutio apparet ex hiis que

288 Plotinum] -nus Bg¹Bu¹C¹P¹ plenius P¹ 294 quid] quod C¹ quidem L¹P¹ om. Me¹P¹ 299 ex forma et materia C¹P¹P¹Pr¹
303 parte aliqua im. Bg¹L¹Me¹ 347 intellectus] intelligere C¹M¹L¹P¹ intelligi P¹ 369 recipitur] -iatur Bu¹Pr¹ -itur Me¹ om. Bg¹

293-96 Nemesius *De natura hominis* cap. 3 (PG 40, 593 B ; ed. Burkhardt, p. [47]). 297 *Metaph.* VII 10 (1035 b 27-31). 302 probauit... :
1035 b 23-25. 308 *De anima* III 9 [15] (433 a 22). 318 Cf. supra 13-15 329 Cf. *Ethic.* X 10 (1177 a 12-17). 331 *De anima* III 1
[7] (429 a 23). 340 uoluntarium dicitur... : cf. *Arist. Ethic.* III 4 (1111 a 22-24). 342 III 8 [14] (432 b 5). 347 Cf. *Rhetorica* II c. 4
(1382 a 6), Hermann Alemanno interprete « Odium autem etiam contra genus est, fures enim et detractores omnes homines generaliter odio
habent » (cod. Paris, B.N. lat. 16673, f. 99 vb). 362 dicunt : cf. infra 5, 402-407.

CAPITVLVM IV

premissa sunt. Non enim dicimus animam humanam esse formam corporis secundum intellectiuam
 380 potentiam, que secundum doctrinam Aristotilis nullius organi actus est : unde remanet quod anima, quantum ad intellectiuam potentiam, sit immaterialis et immaterialiter recipiens et se ipsam intelligens. Vnde et Aristotiles signanter
 385 dicit quod anima est locus specierum « non tota sed intellectus ».

Si autem contra hoc obiciatur quod potentia anime non potest esse immaterialior aut simplicior quam eius essentia : optime quidem procederet ratio, si essentia humane anime sic esset forma
 390 materie, quod non per esse suum esset sed per esse compositi, sicut est de aliis formis, que secundum se nec esse nec operationem habent preter communicationem materie, que propter
 395 hoc materie immerse dicuntur. Anima autem humana, quia secundum suum esse est, cui aliquid communicat materia non totaliter comprehendens ipsam, eo quod maior est dignitas huius forme quam capacitas materie : nichil
 400 prohibet quin habeat aliquam operationem uel uirtutem ad quam materia non attingit.

Consideret autem qui hoc dicit, quod si hoc intellectiuum principium quo nos intelligimus, esset secundum esse separatum et distinctum ab
 405 anima que est corporis nostri forma, esset secundum se intelligens et intellectum, et non quandoque intelligeret, quandoque non ; neque etiam indigeret ut se ipsum cognosceret per intelligibilia et per actus, sed per essentiam suam
 410 sicut alie substantie separate. Neque etiam esset conueniens quod ad intelligendum indigeret fantasmatis nostris : non enim inuenitur in rerum ordine quod superiores substantie ad suas principales perfectiones indigeant inferioribus sub-
 415 stantiis ; sicut nec corpora celestia formantur aut perficiuntur ad suas operationes ex corporibus inferioribus. Magnam igitur improbabilitatem continet sermo dicentis quod intellectus sit quoddam principium secundum substantiam separatum, et tamen quod per species a fantasmatis
 420 acceptas perficiatur et fiat actu intelligens.

Hiis igitur consideratis quantum ad id quod ponunt intellectum non esse animam que est nostri corporis forma, neque partem ipsius, sed aliquid secundum substantiam separatum : considerandum restat de hoc quod dicunt intel-
 lectum possibilem esse unum in omnibus. Forte enim de agente hoc dicere aliquam rationem haberet, et multi philosophi hoc posuerunt : nichil enim uidetur inconueniens sequi, si ab
 uno agente multa perficiantur, quemadmodum
 10 ab uno sole perficiuntur omnes potentie uisive animalium ad uidendum. Quamuis etiam hoc non sit secundum intentionem Aristotilis, qui posuit intellectum agentem esse aliquid in anima, unde comparauit ipsum lumini ; Plato autem
 15 ponens intellectum unum separatum, comparauit ipsum soli, ut Themistius dicit : est enim unus sol, sed plura lumina diffusa a sole ad uidendum. Sed quicquid sit de intellectu agente, dicere intellectum possibilem esse unum omnium homi-
 20 num, multipliciter impossibile apparet.

Primo quidem, quia si intellectus possibilis est quo intelligimus, necesse est dicere quod homo singularis intelligens uel sit ipse intellectus, uel intellectus formaliter ei inheret : non quidem
 25 ita quod sit forma corporis, sed quia est uirtus anime que est forma corporis. Si quis autem dicat quod homo singularis est ipse intellectus, consequens est quod hic homo singularis non sit alius ab illo homine singulari, et quod omnes
 30 homines sint unus homo, non quidem participatione speciei, sed secundum unum indiuiduum. Si uero intellectus inest nobis formaliter, sicut iam dictum est, sequitur quod diuersorum corporum sint diuerse anime. Sicut enim homo est ex
 35 corpore et anima, ita hic homo, ut Callias aut Sortes, ex hoc corpore et ex hac anima. Si autem anime sunt diuerse, et intellectus possibilis est uirtus anime qua anima intelligit, oportet quod differat numero ; quia nec fingere possibile est
 40 quod diuersarum rerum sit una numero uirtus. Si quis autem dicat quod homo intelligit per

407 intelligeret] et add. L¹⁰Me¹P¹⁰ 408 cognosceret] intelligeret Bg¹Mi¹ consideraret Me¹ 419 separatum] -atam Bu¹C¹Me¹P¹
 4. 9 uidetur inconueniens inu. Bu¹L¹⁰Me¹ 12 etiam hoc inu. Bu¹P¹⁰P¹⁰ 35 Sicut] sicut Bu¹M¹P¹⁰ 38 sunt C¹M¹P¹⁰ sibi L¹⁰
 sint est.

380 Cf. *De anima* III 1 [7] (429 a 27-28). 385 dicit... : loc. cit. (429 a 28-29). 387 obiciatur... : ut Sigerus *In III De anima* q. 7 lin. 18 (p. 23).

4. 5 dicunt... : Sigerus *In III De anima* q. 11 lin. 4-5 « Intellectus unicus in omnibus est et secundum substantiam suam et secundum suam potestatem » (pp. 34-35) ; q. 9 lin. 55-56 « Intellectus est unus, non multiplicatus secundum multiplicationem hominum indiuiduorum » (p. 27). 7 aliquam rationem : cf. *Qu. de anima* a. 5 resp. 8 multi... : cf. *Super Sent.* II d. 17 q. 2 a. 1 « fere omnes » ; *Qu. de anima* a. 5 « plures ». 15 lumini : *De anima* III 4 [10] (430 a 15). 17 Themistius : cf. infra 3, 359-363.

intellectum possibilem sicut per aliquid sui, quod tamen est pars eius non ut forma sed sicut
 45 motor: iam ostensum est supra quod hac positione facta, nullo modo potest dici quod Sortes intelligat.

Sed demus quod Sortes intelligat per hoc quod intellectus intelligit, licet intellectus sit solum
 50 motor, sicut homo uidet per hoc quod oculus uidet; et ut similitudinem sequamur, ponatur quod omnium hominum sit unus oculus numero: inquirendum restat utrum omnes homines sint
 55 unus uident uel multi uidentes. Ad cuius ueritatis inquisitionem considerare oportet quod aliter se habet de primo mouente, et aliter de instrumento. Si enim multi homines utantur uno et eodem
 60 instrumento numero, dicentur multi operantes: puta, cum multi utantur una machina ad lapidis projectionem uel eleuationem. Si uero principale
 65 agens sit unum quod utatur multis ut instrumentis, nichilominus operans est unum, sed forte operationes diuerse propter diuersa instrumenta; aliquando autem et operatio una, etsi ad eam
 70 multa instrumenta requirantur. Sic igitur unitas operantis attenditur non secundum instrumenta, sed secundum principale quod utitur instrumentis.

Predicta ergo positione facta, si oculus esset
 75 principale in homine, qui uteretur omnibus potentiis anime et partibus corporis quasi instrumentis, multi habentes unum oculum essent unus uident; si uero oculus non sit principale hominis, sed aliquid sit eo principalius quod utitur oculo,
 80 quod diuersificaretur in diuersis, essent quidem multi uidentes sed uno oculo.

Manifestum est autem quod intellectus est id quod est principale in homine, et quod utitur
 85 omnibus potentiis anime et membris corporis tamquam organis; et propter hoc Aristoteles subtiliter dixit quod homo est intellectus «uel maxime». Si igitur sit unus intellectus omnium,
 90 ex necessitate sequitur quod sit unus intelligens, et per consequens unus uolens et unus utens pro sue uoluntatis arbitrio omnibus illis secundum
 95 que homines diuersificantur ad inuicem. Et ex hoc ulterius sequitur quod nulla differentia sit inter homines quantum ad liberam uoluntatis electionem, sed eadem sit omnium, si intellectus, apud quem solum residet principalitas et domi-
 99 nium utendi omnibus aliis, est unus et indiuisus

in omnibus. Quod est manifeste falsum et impossibile: repugnat enim hiis que apparent, et destruit totam scientiam moralem et omnia que pertinent ad conuersationem ciuilem, que est hominibus naturalis, ut Aristoteles dicit. 95

Adhuc, si omnes homines intelligunt uno intellectu, qualitercumque eis uniatur, siue ut forma siue ut motor, de necessitate sequitur quod omnium hominum sit unum numero ipsum intelligere quod est simul et respectu unius
 100 intelligibilis: puta, si ego intelligo lapidem et tu similiter, oportebit quod una et eadem sit intellectualis operatio et mei et tui. Non enim potest esse eiusdem actui principii, siue sit forma siue sit motor, respectu eiusdem obiecti
 105 nisi una numero operatio eiusdem speciei in eodem tempore: quod manifestum est ex hiis que Philosophus declarat in V Phisicorum. Vnde si essent multi homines habentes unum oculum, omnium uisio non esset nisi una respectu eiusdem
 110 obiecti in eodem tempore. Similiter ergo, si intellectus sit unus omnium, sequitur quod omnium hominum idem intelligentium eodem tempore sit una actio intellectualis tantum; et precipue cum nichil eorum secundum que
 115 ponuntur homines differre ab inuicem, communicet in operatione intellectuali. Fantasmata enim preambula sunt actioni intellectus, sicut colores actioni uisus: unde per eorum diuersitatem non diuersificaretur actio intellectus, maxime respectu
 120 unius intelligibilis; secundum que tamen ponunt diuersificari scientiam huius a scientia alterius, in quantum hic intelligit ea quorum fantasmata habet et ille alia quorum fantasmata habet. Sed in duobus qui idem sciunt et intelligunt, ipsa
 125 operatio intellectualis per diuersitatem fantasmatum nullatenus diuersificari potest.

Adhuc autem ostendendum est quod hec positio manifeste repugnat dictis Aristotelis. Cum enim dixisset de intellectu possibili quod est separatus
 130 et quod est in potentia omnia, subiungit quod «cum sic singula fiat, scilicet in actu, ut sciens dicitur qui secundum actum», id est hoc modo sicut scientia est actus, et sicut sciens dicitur esse in actu in quantum habet habitum; unde subdit
 135 «hoc autem confestim accidit cum possit operari per se ipsum. Est quidem igitur et tunc potentia quodammodo, non tamen similiter ante addiscere

48 Sed...intelligat *hom. om. Bu¹C¹Me¹P¹*

64 etsi *concl. cum Me¹* licet *P¹* sed *C¹* si *est.*

77 et quod] et qui *Bg¹Bu¹P¹* qui *L¹*.

om. Me¹ 95 Aristoteles dicit] *inv. L¹Me¹P¹P¹* *om. Bg¹*

107-111 quod...tempore *hom. om. C¹P¹*

108 V] vii *L¹P¹* 2^a *Bu¹* *def. C¹P¹*

118 actioni] actui *C¹* operationi *Bg¹Bu¹P¹P¹* *om. P¹*

138 ante] et *præm. Bu¹Me¹*

45 supra: 3, 119 sqq.

79 *Ethic. IX* 9 (1169 a 2).

95 *Polit. I* 1/b (1253 a 2-3).

108 *Phys. V* 6 (227 b 21-228 a 3); cf. VII 2

(242 a 32-b 4). 132-39 *De anima* III 2 [8] (429 b 5-9).

aut inuenire ». Et postea, cum quesiuisset « si
 140 intellectus simplex est et impassibile et nulli
 nichil habet commune, sicut dixit Anaxagoras,
 quomodo intelliget si intelligere pati aliquid
 est ? » ; et ad hoc soluendum respondet dicens
 quod « potentia quodammodo est intelligibilia
 145 intellectus, sed actu nichil antequam intelligat.
 Oportet autem sic sicut in tabula nichil est actu
 scriptum : quod quidem accidit in intellectu ».
 Est ergo sententia Aristotilis quod intellectus
 possibilis ante addiscere aut inuenire est in
 150 potentia, sicut tabula in qua nichil est actu
 scriptum ; sed post addiscere et inuenire est
 actu secundum habitum scientie, quo potest per
 se ipsum operari, quamuis et tunc sit in potentia
 ad considerare in actu.
 155 Vbi tria notanda sunt. Primum, quod habitus
 scientie est actus primus ipsius intellectus possi-
 bilis, qui secundum hunc fit actu et potest per
 se ipsum operari. Non autem scientia est solum
 secundum fantasmata illustrata, ut quidam dicunt,
 160 uel quedam facultas que nobis acquiritur ex
 frequenti meditatione et exercitio, ut continuemur
 cum intellectu possibili per nostra fantasmata.
 Secundo, notandum est quod ante nostrum
 addiscere et inuenire, ipse intellectus possibilis
 165 est in potentia sicut tabula in qua nichil est
 scriptum. Tercio, quod per nostrum addiscere seu
 inuenire ipse intellectus possibilis fit actu. Hec
 autem nullo modo possunt stare, si sit unus
 intellectus possibilis omnium qui sunt et erunt
 170 et fuerunt.
 Manifestum est enim quod species conseruantur
 in intellectu, est enim locus specierum, ut supra
 Philosophus dixerat ; et iterum scientia est habitus
 permanens. Si ergo per aliquem precedentium
 175 hominum factus est in actu secundum aliquas
 species intelligibiles, et perfectus secundum habi-
 tum scientie, ille habitus et ille species in
 eo remanent. Cum autem omne recipiens sit
 denudatum ab eo quod recipit, impossibile erit
 180 quod per meum addiscere aut inuenire ille species
 acquirantur in intellectu possibili. Etsi enim
 aliquis dicat quod per meum inuenire intellectus
 possibilis secundum aliquid fiat in actu de nouo,
 puta si ego aliquid intelligibilium inuenio quod
 185 a nullo precedentium est inuentum : tamen in

addiscendo hoc contingere non potest, non enim
 possum addiscere nisi quod docens sciuit. Frustra
 ergo dixit quod ante addiscere aut inuenire
 intellectus erat in potentia.

Sed et si quis addat homines semper fuisse
 190 secundum opinionem Aristotilis, sequetur quod
 non fuerit primus homo intelligens ; et sic
 per fantasmata nullius species intelligibiles sunt
 acquisite in intellectu possibili, sed sunt species
 intelligibiles intellectus possibilis eterne. Frustra
 195 ergo Aristotiles posuit intellectum agentem, qui
 faceret intelligibilia in potentia intelligibilia in
 actu ; frustra etiam posuit quod fantasmata se
 habent ad intellectum possibilem sicut colores
 ad uisum, si intellectus possibilis nichil a fantas-
 200 matibus accipit. Quamuis et hoc ipsum irrationabile
 uideatur, quod substantia separata a fantasmatis
 nostris accipiat, et quod non possit se intelligere
 nisi post nostrum addiscere aut intelligere ; quia
 Aristotiles post uerba premissa subiungit « et ipse
 205 se ipsum tunc potest intelligere », scilicet post
 addiscere aut inuenire. Substantia enim separata
 secundum se ipsam est intelligibilis : unde per
 suam essentiam se intelligeret intellectus possibilis,
 si esset substantia separata ; nec indigeret ad hoc
 210 speciebus intelligibilibus ei superuenientibus per
 nostrum intelligere aut inuenire.

Si autem hec inconuenientia uelint euadere,
 dicendo quod omnia predicta Aristotiles dicit de
 intellectu possibili secundum quod continuatur
 215 nobis, et non secundum quod in se est : primo
 quidem dicendum est quod uerba Aristotilis hoc
 non sapiunt, immo de ipso intellectu possibili
 loquitur secundum id quod est proprium sibi,
 et secundum quod distinguitur ab agente. Deinde
 220 si non fiat uis de uerbis Aristotilis, ponamus,
 ut dicunt, quod intellectus possibilis ab eterno
 habuerit species intelligibiles, per quas continuetur
 nobiscum secundum fantasmata que sunt in nobis.
 Oportet enim quod species intelligibiles que
 225 sunt in intellectu possibili, et fantasmata que
 sunt in nobis, aliquo horum trium modorum
 se habeant : quorum unus est, quod species
 intelligibiles que sunt in intellectu possibili sint
 230 accepte a fantasmatis que sunt in nobis, ut
 sonant uerba Aristotilis ; quod non potest esse
 secundum predictam positionem, ut ostensum.

140 impassibile L³P³Pr³ -ibilem C¹ impassibilis Mi³ impassibil³ est.
 L³P³P³ 182 meum] nostrum L³P³P³ 184 ego om. Bu³C³P³

142 intelliget] -igit Bu³Me³P³ -igeret L³ 149 ante] aut
 223 habuerit] habuit L³Mi³Pr³ om. P³

139-47 III 3 [9] (429 b 23-25 et 429 b 30-430 a 2). 160 quedam facultas... : ita Avicenna *De anima* V c. 6 (p. 148 lin. 40-43), cuius sententia
 improbat *Contra Gent.* II c. 74 et *I Pars* q. 79 a. 6. 172 supra : *De anima* III 1 [7] (429 a 27-28). 191 Cf. *De gener. et corr.* II c. 11
 (337 a 34-338 b 19). 205 *De anima* III 2 [8] (429 b 9). 222 dicunt : forsitan respicientes ad ea quae habet Averroes *In De anima* III
 comm. 5 lin. 574-604 (p. 407). 232 ostensum est : supra lin. 172-213.

est. Secundus autem modus est ut ille species non sint accepte a fantasmatis, sed sint irradiantes
 235 supra fantasmata nostra; puta, si species aliquae essent in oculo irradiantes supra colores qui sunt in pariete. Tertius autem modus est ut neque species intelligibiles que sunt in intellectu possibili sint recepte a fantasmatis, neque imprimant
 240 aliquid supra fantasmata.

Si autem ponatur secundum, scilicet quod species intelligibiles illustrent fantasmata et secundum hoc intelligantur: primo quidem sequetur quod fantasmata fiunt intelligibilia actu, non
 245 per intellectum agentem, sed per intellectum possibilem secundum suas species. Secundo, quod talis irradiatio fantasmatum non poterit facere quod fantasmata sint intelligibilia actu: non enim fiunt fantasmata intelligibilia actu nisi per
 250 abstractionem; hoc autem magis erit receptio quam abstractio. Et iterum, cum omnis receptio sit secundum naturam recepti, irradiatio specierum intelligibilium que sunt in intellectu possibili non erit in fantasmatis que sunt in nobis
 255 intelligibiliter, sed sensibiliter et materialiter; et sic nos non poterimus intelligere universale per huiusmodi irradiationem. Si autem species intelligibiles intellectus possibilis neque accipiuntur a fantasmatis, neque irradiant super ea, erunt
 260 omnino disparate et nichil proportionale habentes, nec fantasmata aliquid facient ad intelligendum: quod manifestis repugnat. Sic igitur omnibus modis impossibile est quod intellectus possibilis sit unus tantum omnium hominum.

CAPITVLVM V

Restat autem nunc soluere ea quibus pluralitatem intellectus possibilis nituntur excludere. Quorum primum est, quia omne quod multiplicatur secundum diuisionem materie est forma
 5 materialis: unde substantie separate a materia non sunt plures in una specie. Si ergo plures intellectus essent in pluribus hominibus qui diuiduntur ad inuicem numero per diuisionem materie, sequeretur ex necessitate quod intellectus
 10 esset forma materialis: quod est contra uerba Aristotilis et probationem ipsius qua probat quod

intellectus est separatus. Si ergo est separatus et non est forma materialis, nullo modo multiplicatur secundum multiplicationem corporum.

Huic autem rationi tantum innituntur, quod
 15 dicunt quod Deus non posset facere plures intellectus unius speciei in diuersis hominibus: dicunt enim quod hoc implicaret contradictionem, quia habere naturam ut numeraliter multiplicetur
 20 est aliud a natura forme separate. Procedunt autem ulterius, ex hoc concludere uolentes quod nulla forma separata est una numero nec aliquid indiuiduatum. Quod dicunt ex ipso uocabulo
 25 apparere, quia non est unum numero nisi quod est unum de numero; forma autem liberata a materia non est unum de numero, quia non habet in se causam numeri, eo quod causa numeri est a materia.

Sed ut a posterioribus incipiamus, uidentur uocem propriam ignorare in hoc quod ultimo
 30 dictum est. Dicit enim Aristotiles in IV Methaphisice quod « cuiusque substantia unum est non secundum accidens », et quod « nichil est aliud unum preter ens ». Substantia ergo separata si est ens, secundum suam substantiam est una;
 35 precipue cum Aristotiles dicat in VIII Methaphisice quod ea que non habent materiam, non habent causam ut sint unum et ens. Vnum autem in V Methaphisice dicitur quadrupliciter, scilicet numero, specie, genere, proportionem. Nec
 40 est dicendum quod aliqua substantia separata sit unum tantum specie uel genere, quia hoc non est esse simpliciter unum: relinquitur quod quelibet substantia separata sit unum numero. Nec dicitur aliquid unum numero quia sit unum
 45 de numero — non enim numerus est causa unius sed e conuerso —, sed quia in numerando non diuiditur; unum enim est id quod non diuiditur.

Nec iterum hoc uerum est, quod omnis
 50 numerus causetur ex materia: frustra enim Aristotiles quesiuisset numerum substantiarum separatarum. Ponit etiam Aristotiles in V Methaphisice quod multum dicitur non solum numero, sed specie et genere. Nec etiam hoc uerum est,
 55 quod substantia separata non sit singularis et indiuiduum aliquid; alioquin non haberet aliquam operationem, cum actus sint solum singularium,

242 illustrent] -entur P³ -ant Bg¹L²Pr¹⁰ illustratione C¹ 243 sequetur] -itur Bu²Me¹Mi⁸
 5, 8 ad] ab L²Me¹Pr¹⁰ 32 cuiusque] cuiuscumque Bu¹L²P² cuius P³ cuius est Mi⁸ 36 VIII] 4⁸ L²P²Pr¹⁰ dub. Mi⁸ 39 V
 con. cum P³] x Me¹ 4⁸ est. 40 genere] et add. Bu¹Bg¹P² 43 relinquitur] ergo add. Bu¹Me¹P² 57 aliquid] aliquid Bu¹C¹Mi⁸Pr¹⁰

5, 3 primum...: cf. Sigerus *In III De anima* q. 9 lin. 7-9 (p. 25); item *De anima intellectiva* cap. 7 lin. 15-17 (p. 101). 31 *Metaph.* IV 2 (1003 b 31-32). 36 VIII 3 (1045 a 35 - b 6). 39 V 8 (1016 b 31-35). 48 quod non diuiditur: cf. Arist. *Metaph.* V 8 (1016 b 4-5). 52 Aristotiles...: cf. *Metaph.* XI (= XII) 10 (1073 b 17 - 1074 b 14). 53 V 8 (1017 a 2-6).

ut Philosophus dicit; unde contra Platonem
60 argumentatur in VII Methaphisice quod si ydea
sunt separate, non predicabitur de multis ydea,
nec poterit diffiniri, sicut nec alia indiuidua que
sunt unica in sua specie, ut sol et luna. Non
enim materia est principium indiuiduationis in
65 rebus materialibus, nisi in quantum materia non
est participabilis a pluribus, cum sit primum
subiectum non existens in alio; unde et de ydea
Aristotiles dicit quod, si ydea esset separata
« esset quedam, id est indiuidua, quam impossibile
70 esset predicari de multis ».

Indiuidue ergo sunt substantie separate et
singulares; non autem indiuiduantur ex materia,
sed ex hoc ipso quod non sunt nate in alio esse,
et per consequens nec participari a multis. Ex
75 quo sequitur quod si aliqua forma nata est
participari ab aliquo, ita quod sit actus alicuius
materie, illa potest indiuiduari et multiplicari per
comparationem ad materiam. Iam autem supra
ostensum est quod intellectus est uirtus anime
80 que est actus corporis; in multis igitur corporibus
sunt multe anime, et in multis animabus sunt
multe uirtutes intellectuales que uocantur intel-
lectus: nec propter hoc sequitur quod intellectus
sit uirtus materialis, ut supra ostensum est.

85 Si quis autem obiciat quod, si multiplicentur
secundum corpora, sequitur quod destructis cor-
poribus non remaneant multe anime: patet
solutio per ea que supra dicta sunt. Vnumquodque
enim sic est ens sicut unum, ut dicitur in
90 IV Methaphisice; sicut igitur esse anime est
quidem in corpore in quantum est forma corporis,
nec est ante corpus, tamen destructo corpore
adhuc remanet in suo esse: ita unaquaque anima
remanet in sua unitate, et per consequens multe
95 anime in sua multitudine.

Valde autem ruditer argumentantur ad osten-
dendum quod hoc Deus facere non possit quod
sint multi intellectus, credentes hoc includere
contradictionem. Dato enim quod non esset
100 de natura intellectus quod multiplicaretur, non
propter hoc oporteret quod intellectum multi-
plicari includeret contradictionem. Nichil enim
prohibet aliquid non habere in sua natura causam
alicuius, quod tamen habet illud ex alia causa:
105 sicut graue non habet ex sua natura quod sit

sursum, tamen graue esse sursum non includit
contradictionem; sed graue esse sursum secundum
suam naturam contradictionem includeret. Sic
ergo si intellectus naturaliter esset unus omnium
quia non haberet naturalem causam multipli-
110 cationis, posset tamen sortiri multiplicationem
ex supernaturali causa, nec esset implicatio
contradictionis. Quod dicimus non propter pro-
positum, sed magis ne hec argumentandi forma
ad alia extendatur; sic enim possent concludere
115 quod Deus non posset facere quod mortui
resurgant, et quod ceci ad uisum reparentur.

Adhuc autem ad munimentum sui erroris
aliam rationem inducunt. Querunt enim utrum
intellectum in me et in te est unum penitus,
120 aut duo in numero et unum in specie. Si unum
intellectum, tunc erit unus intellectus; si duo
in numero et unum in specie, sequitur quod
intellecta habebunt rem intellectam: quecumque
enim sunt duo in numero et unum in specie
125 sunt unum intellectum, quia est una quiditas per
quam intelligitur; et sic procedetur in infinitum,
quod est impossibile. Ergo impossibile est quod
sint duo intellecta in numero in me et in te;
est ergo unum tantum, et unus intellectus numero
130 tantum in omnibus.

Querendum est autem ab hiis qui tam subtiliter
se argumentari putant, utrum quod sint duo
intellecta in numero et unum in specie, sit contra
rationem intellecti in quantum est intellectum,
135 aut in quantum est intellectum ab homine. Et
manifestum est secundum rationem quam ponunt,
quod hoc est contra rationem intellecti in quantum
est intellectum; de ratione enim intellecti, in
quantum huiusmodi, est quod non indigeat
140 quod ab eo aliquid abstrahatur ad hoc quod sit
intellectum. Ergo secundum eorum rationem
simpliciter concludere possumus quod sit unum
intellectum tantum, et non solum unum intellec-
tum ab omnibus hominibus. Et si est unum
145 intellectum tantum, secundum eorum rationem
sequitur quod sit unus intellectus tantum in toto
mundo, et non solum in hominibus. Ergo
intellectus noster non solum est substantia sepa-
rata, sed etiam est ipse Deus; et uniuersaliter
150 tollitur pluralitas substantiarum separatarum.

Si quis autem uellet respondere quod intellectum

88 supra om. C¹Me¹P^m 90 IV] x L¹P^a 8 C¹P^aP^r1^a 107 sed...includeret *hom. om.* P^m 108 contradictionem includeret] *inv.*
Bg¹Bu¹Mi¹ def. P^a 116 posset] potest Bu¹C¹P^aP^r1^a 147 tantum] ante intellectus C¹P^aP^r1^a post mundo Me¹

59 *Metaph.* I 1 (981 a 16-17).

60 VII 15 (1040 a 25-30).

68 dicit: *ibid.*

78 supra: 1, 486.

84 supra: 3, 377 sqq.

90 *Metaph.* IV 2 (1003 b 30-34).

99 Dato...: cf. Sigerus *In III De anima* q. 9 lin. 23 « Dico quod in natura intellectus non est quod multiplicetur secundum numerum » (p. 26).

119-131 Cf. Auerroes *In De anima* III comm. 5 lin. 158-195 et 710-728 (pp. 392-93 et 411-12). « In hac ratione precipuam uim uidetur Auerroes constituere » ait Thomas *De spirit. creat.* a. 9 ad 6.

ab una substantia separata et intellectum ab alia non est unum specie, quia intellectus differunt
 155 specie, se ipsum deciperet; quia id quod intelligitur comparatur ad intelligere et ad intellectum sicut obiectum ad actum et potentiam. Obiectum autem non recipit speciem ab actu neque a potentia, sed magis e conuerso: est ergo
 160 simpliciter concedendum quod intellectum unius rei, puta lapidis, est unum tantum non solum in omnibus hominibus, sed etiam in omnibus intelligentibus.

Sed inquirendum restat quid sit ipsum intellectum. Si enim dicant quod intellectum est una
 165 species immaterialis existens in intellectu, latet ipsos quod quodammodo transeunt in dogma Platonis, qui posuit quod de rebus sensibilibus nulla scientia potest haberi, sed omnis scientia
 170 habetur de forma una separata. Nichil enim refert ad propositum, utrum aliquis dicat quod scientia que habetur de lapide habetur de una forma lapidis separata, an de una forma lapidis que est in intellectu: utrobique enim sequitur
 175 quod scientie non sunt de rebus que sunt hic, sed de rebus separatis solum. Sed quia Plato posuit huiusmodi formas immateriales per se subsistentes, poterat etiam cum hoc ponere plures intellectus participantes ab una forma
 180 separata unius ueritatis cognitionem. Isti autem quia ponunt huiusmodi formas immateriales — quas dicunt esse intellecta — in intellectu, necesse habent ponere quod sit unus intellectus tantum, non solum omnium hominum, sed etiam
 185 simpliciter.

Est ergo dicendum secundum sententiam Aristotilis quod intellectum quod est unum est ipsa natura uel quidditas rei; de rebus enim est
 190 scientia naturalis et alie scientie, non de speciebus intellectis. Si enim intellectum esset non ipsa natura lapidis que est in rebus, sed species que est in intellectu, sequeretur quod ego non
 195 intelligerem rem que est lapis, sed solum intentionem que est abstracta a lapide. Sed uerum est quod natura lapidis prout est in singularibus, est intellecta in potentia; sed fit intellecta in actu per hoc quod species a rebus sensibilibus, mediantibus sensibus, usque ad fantasiam perueniunt, et per uirtutem intellectus agentis species
 200 intelligibiles abstrahuntur, que sunt in intellectu possibili. Hec autem species non se habent ad

intellectum possibilem ut intellecta, sed sicut species quibus intellectus intelligit, sicut et species que sunt in uisu non sunt ipsa uisa, sed ea quibus uisus uidet: nisi in quantum intellectus reflectitur
 205 supra se ipsum, quod in sensu accidere non potest.

Si autem intelligere esset actio transiens in exteriorem materiam, sicut comburere et mouere, sequeretur quod intelligere esset secundum
 210 modum quo natura rerum habet esse in singularibus, sicut combustio ignis est secundum modum combustibilis. Sed quia intelligere est actio in ipso intelligente manens, ut Aristotiles dicit in IX Methaphisice, sequitur quod intelligere sit secundum modum intelligentis, id est secundum
 215 exigentiam speciei qua intelligens intelligit. Hec autem, cum sit abstracta a principiis individualibus, non representat rem secundum condiciones individuales, sed secundum naturam uniuersalem tantum. Nichil enim prohibet, si aliqua duo
 220 coniunguntur in re, quin unum eorum representari possit etiam in sensu sine altero: unde color mellis uel pomi uidetur a uisu sine eius sapore. Sic igitur intellectus intelligit naturam uniuersalem per abstractionem ab individualibus principiis.

Est ergo unum quod intelligitur et a me et a te, sed alio intelligitur a me et alio a te, id est alia specie intelligibili; et aliud est intelligere meum et aliud tuum; et alius est intellectus meus et alius tuus. Vnde et Aristotiles in
 230 Predicamentis dicit aliquam scientiam esse singularem quantum ad subiectum, «ut quedam grammatica in subiecto quidem est anima, de subiecto uero nullo dicitur». Vnde et intellectus meus quando intelligit se intelligere, intelligit
 235 quendam singularem actum; quando autem intelligit intelligere simpliciter, intelligit aliquid uniuersale. Non enim singularitas repugnat intelligibilitati, sed materialitas: unde, cum sint aliqua singularia immaterialia, sicut de substantiis
 240 separatis supra dictum est, nichil prohibet huiusmodi singularia intelligi.

Ex hoc autem apparet quomodo sit eadem scientia in discipulo et doctore. Est enim eadem quantum ad rem scitam, non tamen quantum
 245 ad species intelligibiles quibus uterque intelligit; quantum enim ad hoc, indiuiduatur scientia in me et in illo. Nec oportet quod scientia que est in discipulo causetur a scientia que est in magistro, sicut calor aque a calore ignis; sed sicut sanitas
 250

173 separata...lapidis *hom. om.* L¹⁰M¹⁰P¹⁰ an] aut C¹⁰P¹⁰ def. L¹⁰M¹⁰P¹⁰ 177-181 per se...imateriales *hom. om.* L¹⁰ 181 quia] qui Bg¹⁰C¹⁰P¹⁰ def. L¹⁰ 216 intelligens] intellectus L¹⁰Me¹⁰P¹⁰ 217 individualibus] -duantibus Bu¹⁰L¹⁰M¹⁰P¹⁰ 225 individualibus] *post* principis Bg¹⁰ -duantibus L¹⁰M¹⁰P¹⁰ 227 sed...specie Bg¹⁰M¹⁰P¹⁰P¹⁰ *var. err. est.*

167 dogma Platonis: cf. Arist. *Metaph.* I 10 (987 a 30 sqq.). 214 *Metaph.* IX 8 (1050 a 34-36). 231 Cap. 2 (1 a 25-27). 245-68 Cf. *Contra Gent.* II c. 75, I Pars q. 117 a. 1; et Averroes *In De anima* III comm. 5 (p. 411, lin. 717 sqq.).

que est in materia a sanitate que est in anima
medici. Sicut enim in infirmo est principium
naturale sanitatis, cui medicus auxilia subministrat
ad sanitatem perficiendam, ita in discipulo est
255 principium naturale scientie, scilicet intellectus
agens et prima principia per se nota; doctor autem
subministrat quedam amminicula, deducendo
conclusiones ex principiis per se notis. Vnde et
260 medicus nititur eo modo sanare quo natura
sanaret, scilicet calefaciendo et infrigidando; et
magister eodem modo inducit ad scientiam quo
inueniens per se ipsum scientiam acquireret,
procedendo scilicet de notis ad ignota. Et sicut
sanitas in infirmo fit non secundum potestatem
265 medici, sed secundum facultatem nature: ita
et scientia causatur in discipulo non secundum
uirtutem magistri, sed secundum facultatem addis-
centis.

Quod autem ulterius obiciunt, quod si rema-
nerent plures substantie intellectuales, destructis
270 corporibus, sequeretur quod essent ociose, sicut
Aristoteles in XI Methaphisice argumentatur
quod, si essent substantie separate non mouentes
corpus, essent ociose: si bene litteram Aristotelis
275 considerassent, de facili possent dissoluere. Nam
Aristoteles, antequam hanc rationem inducat,
premittit « Quare et substantias et principia
immobilia tot rationabile suscipere; necessarium
enim dimittatur fortioribus dicere ». Ex quo
280 patet quod ipse probabilitatem quandam sequitur,
non necessitatem inducit.

Deinde, cum ociosum sit quod non pertingit
ad finem ad quem est, non potest dici etiam
probabiliter quod substantie separate essent ociose,
285 si non mouerent corpora; nisi forte dicant quod
motiones corporum sint fines substantiarum sepa-
ratarum: quod est omnino impossibile, cum
finis sit potior hiis que sunt ad finem. Vnde nec
Aristoteles hoc inducit quod essent ociose si
290 non mouerent corpora, sed quod « omnem
substantiam impassibilem secundum se optimum
sortitam finem esse oportet existimare ». Est
enim perfectissimum uniuscuiusque rei ut non
solum sit in se bonum, sed ut bonitatem in aliis
295 causet. Non erat autem manifestum qualiter
substantie separate causarent bonitatem in inferio-
ribus, nisi per motum aliquorum corporum; unde
ex hoc Aristoteles quandam probabilem rationem

assumit, ad ostendendum quod non sunt alique
substantie separate nisi que per motus celestium
300 corporum manifestantur: quamuis hoc necessi-
tatem non habeat, ut ipsemet dicit.

Concedimus autem quod anima humana a
corpore separata non habet ultimam perfectionem
sue nature, cum sit pars nature humane; nulla
305 enim pars habet omnimodam perfectionem si a
toto separatur. Non autem propter hoc frustra
est; non enim est humane anime finis mouere
corpus, sed intelligere, in quo est sua felicitas,
ut Aristoteles probat in X Ethicorum. 310

Obiciunt etiam ad sui erroris assertionem, quia
si intellectus essent plures plurium hominum,
cum intellectus sit incorruptibilis, sequeretur
quod essent actu infiniti intellectus secundum
positionem Aristotelis, qui posuit mundum
315 eternum et homines semper fuisse. Ad hanc
autem obiectionem sic respondet Algazel in sua
Methaphisica: dicit enim quod « in quocumque
fuerit unum istorum sine alio », id est quantitas uel
multitudo sine ordine, « infinitas non remouebitur
320 ab eo, sicut a motu celi ». Et postea subdit
« Similiter et animas humanas, que sunt separabiles
a corporibus per mortem, concedimus esse infinitas
numero, quamuis habeant esse simul, quoniam
non est inter eas ordinatio naturalis, qua remota
325 desinant esse anime: eo quod nulle earum sunt
cause aliis, sed simul sunt sine prius et posterius
natura et situ. Non enim intelligitur in eis prius
et posterius secundum naturam nisi secundum
tempus creationis sue. In essentiis autem earum,
330 secundum quod sunt essentie, non est ordinatio
ullo modo, sed sunt equales in esse; e contrario
spatiis et corporibus et causa et causato ».

Quomodo autem Aristoteles hoc solueret, a
nobis sciri non potest, quia illam partem Metha-
335 phisice non habemus quam fecit de substantiis
separatis. Dicit enim Philosophus in II Phisicorum
quod de formis « que sunt separate, in materia
autem », in quantum sunt separabiles considerare
« est opus philosophie prime ». Quicquid autem
340 circa hoc dicatur, manifestum est quod ex hoc
nullam angustiam Catholici patiuntur, qui ponunt
mundum incepisse.

Patet autem falsum esse quod dicunt hoc
fuisse principium apud omnes philosophantes,
345 et Arabes et Peripateticos, quod intellectus non

285-290 nisi... corpora *hom. om.* C¹L¹P¹ 289 hoc Mi¹P¹Pr¹ def. C¹L¹P¹ *om. est.* 308 humane anime *inv.* Bg¹L¹Me¹Mi¹ 310 X
Ethicorum *coni. cum* Pr¹ x meth' Me¹ ix eth' *est.* 311 etiam] autem Bg¹Me¹P¹ 333 causa *coni.* cause
codd. 334 hoc] ante Aristoteles C¹P¹ ante solueret Aristoteles Mi¹ hic P¹ *om.* Bg¹

272 *Metaph.* XI [= XII] 10 (1074 a 18-22). Vox 'ociose' hic non legitur in Aristotele, sed in Averroe h. l. comm. 48 (ed. Venetiis 1552, fol. 156 rb 33), et expressius comm. 44 (fol. 153 vb 56). 277-79: 1074 a 15-17. 282 ociosum...: cf. Arist. *Phys.* II 10 (197 b 25-26) et Averroes h. l. comm. 62 (ed. Venetiis 1550, fol. 34 rb 60). 290-92 *Metaph.* I c. (1074 a 19-20). 310 *Ethic.* X 10 (1177 a 13-17). 315 Aristotelis: cf. supra cap. 4, 191 in app. fontium. 318-33 Algazel *Metaph.* I tr. 1 div. 6 (ed. Muckle, p. 40 lin. 23-25 et p. 41 lin. 1-10). 336 fecit...: cf. supra 1, 707. 337 *Phys.* II 4 (194 b 13-15).

multiplicetur numeraliter, licet apud Latinos non. Algazel enim Latinus non fuit, sed Arabs. Auicenna etiam, qui Arabs fuit, in suo libro
 350 De anima sic dicit « Prudentia et stultitia et opinio et alia huiusmodi similia, non sunt nisi in essentia anime. Ergo anima non est una sed est multe numero, et eius species una est ».

Et ut Grecos non omittamus, ponenda sunt
 355 circa hoc uerba Themistii in Commento. Cum enim quesisset de intellectu agente utrum sit unus aut plures, subiungit soluens « Aut primus quidem illustrans est unus, illustrati autem et illustrantes sunt plures. Sol quidem enim est
 360 unus, lumen autem dices modo aliquo parti ad uisus. Propter hoc enim non solem in comparatione proposuit, scilicet Aristoteles, sed lumen; Plato autem solem ». Ergo patet per uerba Themistii quod nec intellectus agens, de
 365 quo Aristoteles loquitur, est unus qui est illustrans, nec etiam possibilis qui est illustratus; sed uerum est quod principium illustrationis est unum, scilicet aliqua substantia separata: uel Deus secundum Catholicos, uel intelligentia ultima
 370 secundum Auicennam. Vnitatem autem huius separati principii probat Themistius per hoc quod docens et addiscens idem intelligit, quod non esset nisi esset idem principium illustrans. Sed uerum est quod postea dicit, quosdam
 375 dubitasse de intellectu possibili utrum sit unus. Nec circa hoc plus loquitur, quia non erat intentio eius tangere diuersas opiniones philosophorum, sed exponere sententias Aristotilis, Platonis et Theophrasti; unde in fine concludit « Sed quod
 380 quidem dixi pronuntiare quidem de eo quod uidetur philosophis, singularis est studii et sollicitudinis. Quod autem maxime aliquis utique ex uerbis que collegimus accipiat de hiis sententiam Aristotilis et Theophrasti, magis autem et ipsius
 385 Platonis, hoc promptum est propalare ».

Ergo patet quod Aristoteles et Theophrastus et Themistius et ipse Plato non habuerunt pro principio, quod intellectus possibilis sit unus in omnibus. Patet etiam quod Auerrois peruerse
 390 refert sententiam Themistii et Theophrasti de intellectu possibili et agente; unde merito supra diximus eum philosophie peripatetice peruersorem. Vnde mirum est quomodo aliqui, solum commentum Auerrois uidentes, pronuntiare pre-

sumunt, quod ipse dicit hoc sensisse omnes
 philosophos Grecos et Arabes, preter Latinos.

Est etiam maiori ammiratione uel etiam indignatione dignum, quod aliquis Christianum se profitens tam irreuerenter de christiana fide loqui presumpserit: sicut cum dicit quod « Latini pro
 400 principiis hoc non recipiunt », scilicet quod sit unus intellectus tantum, « quia forte lex eorum est in contrarium ». Vbi duo sunt mala: primo, quia dubitat an hoc sit contra fidem; secundo, quia alienum se innuit esse ab hac lege. Et quod
 405 postmodum dicit « Hec est ratio per quam Catholici uidentur habere suam positionem », ubi sententiam fidei positionem nominat. Nec minoris presumptionis est quod postmodum asserere audet, Deum non posse facere quod sint multi
 410 intellectus, quia implicat contradictionem.

Adhuc autem grauius est quod postmodum dicit « Per rationem concludo de necessitate quod intellectus est unus numero, firmiter tamen teneo
 415 oppositum per fidem ». Ergo sentit quod fides sit de aliquibus quorum contraria de necessitate concludi possunt; cum autem de necessitate concludi non possit nisi uerum necessarium, cuius oppositum est falsum impossibile, sequitur
 420 secundum eius dictum quod fides sit de falso impossibili, quod etiam Deus facere non potest: quod fidelium aures ferre non possunt. Non caret etiam magna temeritate, quod de hiis que ad philosophiam non pertinent, sed sunt pure fidei,
 425 disputare presumit, sicut quod anima patiat ab igne inferni, et dicere sententias doctorum de hoc esse reprobandas; pari enim ratione posset disputare de Trinitate, de Incarnatione et aliis huiusmodi, de quibus nonnisi cecutiens loqueretur.

Hec igitur sunt que in destructionem predicti erroris conscripsimus, non per documenta fidei, sed per ipsorum philosophorum rationes et dicta. Si quis autem gloriabundus de falsi nominis
 435 scientia uelit contra hec que scripsimus aliquid dicere, non loquatur in angulis nec coram pueris qui nesciunt de tam arduis iudicare, sed contra hoc scriptum rescribat, si audet; et inueniet non
 440 solum me, qui aliorum sum minimus, sed multos alios ueritatis zelatores, per quos eius errori resistetur, uel ignorantie consulatur.

356 quesisset] -ssent Bu¹ quesiuisset L²Mc¹Mi²Pr¹² 360 modo aliquo *inv.* Bu¹L²Mc¹ 377 eius] *ante* intentio L²Pr¹² sua Mi²
 383 collegimus] -igimus C¹L²Mi² 397 uel...indignatione *hom. om.* L² etiam] potius Bu¹ *om.* Mc¹Mi²Pr¹² *def.* L² 405 alienum se
inv. Bg¹P² 405 alienum...esse] innuit se alienum esse L² se esse alienum innuit Bu¹ 423 magna] mag¹ C¹Pr¹²

350 De anima V c. 3 (p. 111 lin. 16-20). 357-63 In De anima 430 a 25 (p. 235 lin. 7-11). 370 secundum Avicennam: cf. Metaph. IX
 c. 3 (ed. Venetiis 1508-fol. 104 rb F). 371 probat...: L. c. (p. 236 lin. 22). 374 postea...: ibid. (lin. 30-32). 379-85 In De anima I. c. (p. 242
 lin. 2-6). 391 supra: 2, 156. 400 dicit...: in scriptis quae ad nos peruenerunt non sunt reperta huiusmodi dicta. 413 de necessitate...:
 multo cautius Sigerus De anima intellectiva cap. 3 et 7 « Hoc dicimus sensisse Philosophum..., sententiam tamen sanctae catholicae...praeferre
 volentes » (p. 88 lin. 30-54; cf. p. 108 lin. 86). 425 patiat...: cf. Sigerus In III De anima q. 11 (pp. 31-35). 426 dicere...: hoc non legitur
 apud Sigerum.

DE ENTE ET ESSENTIA

PRÉFACE

CHAP. I : Données littéraires et historiques		B) Examen de la tradition récente			
§§	1. Authenticité et titre.....	319	18. Tradition des XIV ^e et XV ^e siècles.....	345	
	2. Date de composition.....	319			
	3. Plan de l'ouvrage ; fortune historique...	320			
CHAP. II : Tradition manuscrite et imprimée			CHAP. IV : Les imprimés		
§§	4. Les manuscrits complets.....	322	§§	19. L'édition princeps.....	346
	5. Manuscrits incomplets.....	332		20. Cajetan et la Piana.....	347
	6. Manuscrits perdus.....	332		21. Éditions de Cologne.....	347
	7. Éditions imprimées.....	333		22. Édition de Milan 1488.....	348
				23. Éditions récentes.....	348
CHAP. III : Examen critique de la tradition			CHAP. V : Notre édition		
§§	8. Itinéraire ; matériel critique recueilli	336	§§	24. Base de l'édition.....	349
A) Examen de la tradition ancienne				25. Choix de l'éditeur.....	349
	9. Test des inversions.....	336		26. Division du texte.....	351
	10. Omissions notables.....	337		27. Apparat critique.....	351
	11. Variantes par rapport à la leçon commune.	338		28. Apparat des sources.....	352
	12. Le groupe β.....	339	Appendice P : Titre de l'ouvrage dans les		
	13. Le groupe γ.....	340	manuscrits.....		353
	14. Le groupe ε.....	341	Appendice Q : Variantes de groupes.....		354
	15. Un groupe θ.....	342	Appendice R : Variantes individuelles.....		358
	16. Les indépendants.....	342	Appendice S : Orthographe du mot <i>sed</i>		361
	17. Essai de qualification.....	343			

CHAPITRE I

DONNÉES LITTÉRAIRES ET HISTORIQUES

§ 1. AUTHENTICITÉ ET TITRE

L'origine thomiste du *De ente et essentia* n'a jamais été contestée. Cet ouvrage est présent dans les plus anciennes collections d'*Opuscula fratris Thomae* : mss Metz 1158, Napoli Naz.VII.B.16, Paris B.N. lat. 14546. Il est cité ou allégué comme ouvrage de frère Thomas dès 1282-1285 dans les répliques thomistes *Quare* et *Sciendum* au Correctoire de Guillaume de la Mare¹. La plus ancienne liste d'*Opera fr. Thomae*, conservée dans le ms. Praha, Metrop.kap. A.XVII.2 (fin du XIII^e s.), et reproduite par Barthélemy de Capoue au procès de canonisation de saint Thomas, mentionne ainsi l'opuscule² :

Item de ente et essentia ad fratres et socios

Dans son *Historia ecclesiastica nova*, Ptolémée de Lucques donne l'incipit³ :

Tractatus de ente et essentia, quem scripsit ad fratres et socios nondum existens magister, qui sic incipit : Quia parvus error in principio

Le titre que ces témoins donnent à l'ouvrage n'est

en réalité que l'un des titres variés essayés par les mss des XIII^e et XIV^e siècles⁴. Sans être à proprement parler mieux fondé que les autres, celui-ci s'est peu à peu imposé, et la tradition imprimée l'a vulgarisé⁵.

L. Baur, dans son édition de 1933, intitule l'ouvrage *Sermo seu tractatus de ente et essentia*⁶. Il est vrai que saint Thomas emploie le terme *sermo* dans sa clause finale : « Excepto primo... in quo sit finis et consummatio huius sermonis. Amen » (6, 171). Mais il n'y a pas lieu de presser le sens du mot en cette formule de style — non plus que l'*Amen* final⁷ — ; *sermo* nous semble ici équivaloir à *tractatus* ou *liber*⁸, qui seuls sont utilisés par les mss de l'ouvrage.

§ 2. DATE DE COMPOSITION

On vient de lire ce qu'écrivait Ptolémée de Lucques : « quem scripsit ad fratres et socios nondum existens magister ». Un peu plus haut, il paraît bien dater l'ouvrage du temps du premier enseignement de Frère Thomas à Paris, comme bachelier sententiaire : « Infra autem magisterium III^{or} libros fecit super

1. *Correctorium Corruptorii* 'Quare', in I^{am} Partem, a.12 : « Qualiter autem genus et differentia sint secundae intentiones fundatae super diversos conceptus mentis de una ac eadem re determinate et indeterminate intellecta, patet per Thomam in de ente (par. : esse) et essentia... » (éd. P. Glorieux, Bibl. Thomiste IX, Le Saulchoir-Kain 1927, p. 65) ; cf. *De ente et essentia* cap.2, 164-194. — *Correctorium Corruptorii* 'Sciendum', in I^{am} Partem, a.30 : « In Prima Parte dicit... Et in tractatu De Ente et essentia, cap.4 : Licet, inquit, individuatio animae... non quantum ad sui finem » (éd. P. Glorieux, Bibl. Thomiste XXXI, Paris 1956, p. 156) ; cf. *De ente et essentia* cap.3, 60-71, cité littéralement.

2. Cf. Ed. Leonina, t. XL, pp. v et vii.

3. *Hist. eccl. nov. XIII* c.12 ; éd. critique de ce chapitre par A. Dondaine, *Las Opuscula fratris Thomae chez Ptolémée de Lucques*, dans *Archiv. Fratrum Praed.* XXXI (1961) p. 152.

4. Cf. ci-dessous Appendice P ; et au § 25 de cette Préface, note sur Prol., 7.

5. Au XV^e siècle, Gérard de Monte († 1480) cite encore et justifie deux titres : « Presens libellus a quibusdam intitulatur de esse et essentia, et ista intitulatio sumitur ex capitulo de quidditate substantiarum separatarum, in quo ostenditur quod in omnibus citra primum esse differat ab essentia. A quibusdam autem intitulatur de ente et essentia, et hec intitulatio sumitur ex probemio, in quo dicitur quod dicendum est quid nomine entis et essentie significetur » (*Commentatio... circa compendium de quidditatibus rerum*, Queritur tertio) [Inc. H. C. 1506, fol. 1 rb]. — Les incunables de Cologne et de Leipzig ont pour titre : « Tractatus sancti Thome de ente et essentia seu de quidditatibus rerum intitulatus » ; mais la tradition imprimée italienne, dès l'édition de 1475, ne connaît que *De ente et essentia*. Cf. ci-dessous, § 7.

6. Cf. ci-dessous, § 7, éd. n. 38.

7. Impressionné par cette finale, défunt J. Koch inclinait à voir dans cet écrit la rédaction après coup d'une conférence du saint à ses étudiants. Mais il était alors de règle de clore par une doxologie tout ouvrage traitant de Dieu ; dans ceux de saint Thomas, le *Compendium theologiae* et le *De subtilis separatis*, qui sont inachevés, ne peuvent nous servir d'exemple ; par contre, non seulement le IV^e livre des Sentences et le *Contra Gentiles*, mais encore les commentaires de la Physique, de la Métaphysique et du *De causis*, ont leur doxologie.

8. Forcellini signale ce sens de *sermo* : « quicumque liber, tractatus, historia, quae a Graecis quoque λόγοι dicuntur ». Ici même, voir au § 4 un colophon du ms. In⁴.

Sententias... Quosdam libellos composuit. Unus fuit contra magistrum Guillelmum de Sancto Amore... Secundus fuit de quidditate et esse; tertius fuit de principiis naturae¹. Sans vouloir majorer ce témoignage, que Ptolémée est presque seul à donner², relevons les interprétations qu'en ont données les historiens de saint Thomas.

Quétif-Echard, qui ne citent que le premier de ces textes, entendent le *nondum...magister* comme référant à la période précédant l'enseignement à Paris, donc avant 1252-53, à Cologne³. Par contre, Ch. Jourdain, *La philosophie de Saint Thomas d'Aquin* (Paris 1858, t. I p. 14) pense : pas avant 1253. En 1919, M. Grabmann reconnaît que, pour trancher entre ces deux solutions, les données font à peu près défaut; à son avis, *nondum existens magister* vise la maîtrise, et l'opuscule peut avoir été écrit à Paris, pour ses confrères de Saint-Jacques⁴. De son côté, P. Mandonnet prend à la lettre le second texte de Ptolémée, et il comprend que le *De ente* est postérieur au *Contra impugnantes*; il le date de 1256⁵.

Le Père Roland-Gosselin, dans son édition de 1926, a tenté de serrer de plus près la question. Profitant des parallèles frappants entre certaines pages du *De ente* et le Commentaire sur les livres I et II des Sentences, il compare le vocabulaire de l'individuation dans les deux ouvrages : le terme *signatum*, caractéristique de l'Avicenne latin, n'apparaît pour la première fois qu'à la distinction XXV du livre I, où il sera dès lors couramment employé, comme au *De ente*; par contre la *quantitas dimensiva interminata* d'Averroès, absente du *De ente*, apparaît à la distinction III du livre II des Sentences. Conclusion : le *De ente et essentia* « doit vraisemblablement avoir été écrit... vers le moment où saint Thomas commentait la XXV^e distinction du I^{er} livre des Sentences »⁶.

Depuis lors, sans mettre en question la valeur de

l'argument de critique interne, on s'accorde généralement⁷ à dater l'opuscule des années 1252-1256. Nous n'y avons pas d'objection.

§ 3. PLAN DE L'OUVRAGE ; SA FORTUNE HISTORIQUE

« Ad fratres et socios » : ce petit écrit était donc destiné par l'auteur à ses confrères de Saint-Jacques, collègues ou étudiants. Et cela explique ce que sa rédaction a parfois de sommaire, ses négligences, que l'archétype, restitué tant bien que mal, nous fait mieux percevoir que le texte de la *Piana*. Ces faiblesses n'ôtent rien à la densité du contenu.

L'ordonnance générale du texte n'est pas astreinte à un plan rigoureux, comme c'est le cas d'une question disputée. Le prologue annonce bien trois points à traiter : Que signifie *essentia*? Comment se vérifie-t-elle aux divers étages du réel? Quels rapports soutient-elle avec les intentions logiques? Mais ce sont là des instances progressives, qui seront résolues à mesure que le développement naturel de l'exposé en offrira l'occasion.

Après une définition du mot (ch. 1), on distingue trois cas : celui des substances composées (ch. 2-3), celui des substances simples : âme, intelligence, Dieu (ch. 4-5), celui des accidents (ch. 6); pour chacun de ces cas, on précise ce qui vérifie *essentia*, et comment on y prend genre, espèce et différence.

L'ampleur de l'horizon embrassé et l'importance des positions prises touchant le problème des universaux, la distinction entre l'être et l'essence en toute créature, le refus d'un hylémorphisme des créatures spirituelles, etc., font qu'il est difficile de classer ce petit *compendium*⁸ où logique et métaphysique vont de pair.

Ce n'est pas le lieu d'insister sur la richesse de son

1. Op. cit., XXII c.21 (éd. A. Dondaine, p. 150).

2. Cependant l'adresse *ad fratres et socios* se lit déjà dans la liste de Prague citée plus haut. En fait, nos mss de l'opuscule paraissent l'ignorer; seuls la connaissent N^o (seconde main), R¹, et B¹ qui écrit : « ad fratres ».

3. Cf. *Script. Ord. Praed.*, I, 271 et 285. — La *Vita S. Thomas* est reproduite dans Éd. Léonine, t. I, pp. XLV-XLIII.

4. M. Grabmann, *Die Schrift « De ente et essentia » und die Seinsmetaphysik des hl. Thomas von Aquin*, dans *Festschrift zum 80. Geburtstag von O. Willmann*, Freiburg i.Br. 1919; reproduit dans *Mittelalt. Geistesleben I* (München 1926), pp. 315-316.

5. P. Mandonnet, *Chronologie sommaire de la vie et des écrits de Saint Thomas*, dans *Revue des sc. phil. et théol.*, 9 (1920) p. 151.

6. M.-D. Roland-Gosselin, *Le « De ente et essentia » de S. Thomas d'Aquin*, Le Saulchoir, Kain 1926, Préface, pp. XXVI-XXVIII. « Il n'est pas douteux, écrit l'auteur, que l'enseignement de saint Thomas sur le principe de l'individualité des substances corporelles, n'a pas encore, dans les 24 premières distinctions du Commentaire, la précision qu'il trouvera dans le *De ente* ». La même considération incline le Père à situer le *De principiis naturae* avant le *De ente*.

7. « Paulo post 1252 », dit Baur dans son Introduction à l'édition de 1933, p. 7; Grabmann, *Die Werke des hl. Thomas von Aquin* (éd. posthume), Münster 1949, p. 343, reproduit la date donnée par Roland-Gosselin; 1253-1255, selon A. Walz - P. Novarina, *Saint Thomas d'Aquin*, Louvain-Paris 1962, p. 88; Paris 1252-1256, selon J. A. Weisheipl, *Prior Thomas d'Aquin*, New York 1974, p. 386. — Plus réservé, I. T. Eschmann, *A Catalogue of St. Thomas's Works* (Appendice à E. Gilson, *The Christian Philosophy of St. Thomas Aquinas*, New York 1956, p. 411), ne retient que la limite marquée par Ptolémée : avant la maîtrise (mars 1256); il ajoute : « Every attempt to determine its chronology more closely, e. g., to fix its earliest date at 1252, seems bound to be a conjecture ». Il écarte ainsi, sans donner ses raisons, l'essai de Roland-Gosselin, et l'autre indication de Ptolémée liant dans le temps le *De ente* et le Commentaire des Sentences.

8. Le mot est de Gérard de Monte : « Queritur...quid sit subiectum siue genus scibile presentis compendii. Responsio : dicendum quod quidditas seu essentia secundum se et secundum habitudinem ad intentiones logicas considerata. Scientia enim huius libelli duas scientias complectitur, scilicet metaphysicam et logicam » (Inc. H. C. 1506, fol. I r^b).

contenu¹; ni non plus d'explorer ce qu'il doit à Avicenne². On peut au moins rappeler que la notion d'*essentia* est centrale dans le système d'Avicenne³; et dans le contexte culturel des années 50, où pour beaucoup encore Avicenne est le « praecipuus expositor Aristotelis »⁴, élucider la notion d'*essentia* et ses ressources d'intelligibilité, c'était à la fois se faire entendre de ses étudiants ou collègues, et aussi les introduire dans un univers clarifié : celui du thomisme à l'état naissant.

On doit surtout rappeler l'extraordinaire succès d'un écrit que l'auteur n'avait pas, semble-t-il, destiné au public. Malgré sa densité, et quelque rudesse, le *De ente et essentia* a été très tôt diffusé, recopié, recueilli dans des Corpus d'Aristote, annoté et commenté⁵. Nous avons pu atteindre une trentaine de copies du XIII^e ou du tout début du XIV^e; près d'une centaine du XV^e. Quant aux commentaires, Grabmann a pu en recenser 17; Wl. Seifko en a repéré d'autres dans les mss des bibliothèques de Pologne⁶. Citons seulement les plus connus.

Vers 1319, le Commentaire d'Armand de Belvézer⁷, imprimé à Padoue 1482 : *inc.* : « Dilectis in Christo fratribus... Libellus ergo iste cuius subiectum uel materia est essentia, prima sui diuisione diuiditur in partes duas... » (H. *1797; GW 2505).

Au milieu du XV^e siècle à Cologne, celui de Gérard de Monte⁸; imprimé à Cologne vers 1489 (H.C. 1506) : « Insignis peripatetice ueritatis interpres... Queritur

itaque primo an de ente et essentia sit aliqua scientia... ».

À Paris probablement, avant 1454 (cf. § 4, ms. Wt⁴⁸), les *Questiones libri de ente et essentia* de Jean Versor⁹, imprimées peut-être dès 1483 à Milan (H. *16041), à Cologne (H. *16029 et *16030 sans date; *16033 en 1497); *inc.* : « Queritur utrum ab ente sumatur nomen essentie... ».

Enseignés à Padoue en 1493-94, et imprimés à Venise en 1496 (H.C. 1504), les *Commentaria in opus insigne de ente et essentia diu Thome aquinatis* de Thomas de Vio, futur cardinal Cajetan¹⁰.

Le *De ente* a même trouvé au XVI^e siècle, à la *Bursa Montis* à Cologne, un admirateur humaniste, qui, après avoir une première fois édité l'opuscule « quantumuis horridulum ac stylo incultum », s'est donné à tâche de le récrire en un tout autre latin et de le paraphraser hardiment : « Audaciores nunc effecti, quod antea minimè nobis licere putabamus, id fecimus, ut alieno in Opere orationem omnino mutaremus. Ita paraphrasin scripsimus, quae ut verbis paulo est dilatior, et fortasse cultior, ita rerum quoque, ut mihi uidetur, non paucis in locis, quam antè, tractatione est luculentior »¹¹. Un commentaire érudit suit chaque chapitre; au titre traditionnel, qui a semblé « paulo sordidior », un autre est substitué : « nos commodius de Natura et essentia rerum, libellum inscribendum esse putauimus ».

 156 habet...animal] ad animal se haberet V¹⁸
 173 quamuis] licet E¹
 183 corpus] sit *prae*m. N¹
 187 etiam *om.* Bo⁷
 191 uel species *om.* Er²
 192 quam...formam *hom. om.* N¹
 199 sumptum] sumitur E¹
 200 differentia] est *add.* E¹
 201 dicimus] di^c Bo⁷
 218 earum] illarum N¹
 earum rerum] eorum Er²
 219 intellectus] specialis (*lege* speciei uel) diffinitionis
add. E¹
 224 ut] quod N¹ quod *prae*m. Er² *om.* E¹
 235 significatur] -atur Tl¹ signatur E¹
 245 inde] ideo V¹⁸
 249 quod²] id *prae*m. V¹⁸
 251 essentialiter] *ante* est V¹⁸ *post* indiuiduo N¹
 259 Materia...est homo *hom. om.* N¹
 designata] signata V¹⁸ (*def.* N¹)
 260 ita] ideo N¹
 262-64 Cum...est homo *hom. om.* Er²
 264 a] ex M¹⁰
 265 designata] determinata uel *prae*m. E¹
 et quia pars non] nec Er²
 266 inde] hinc V¹⁸
 269 cuius...composita *hom. om.* V¹⁸
 271 non] tamen *add.* N¹
- 2, 271 immo] ideo N¹
 274 speciei *om.* Bo⁷
 280 totius] respectu *prae*m. V¹⁸ ipsius *prae*m. N¹
 289 formam...materiam] materiam et formam com-
 plectens E¹
 303 designationem] materie *add.* N¹
 305 predicatum] -ari V¹⁸
 3, 1 nomine] per nomen N¹
 7 speciei] uel differentie *add.* N¹
 13 animalitas] est *add.* Er²
 non] nec M¹⁰ nec genus Er²
 18 sit] est homo secundum E¹
 19 iterum] etiam V¹⁸
 26 Natura] substantia M¹⁰
 32 in eo] secundum Tl¹
 36 eo quod] quantum Er²
 37 utrum] si N¹
 ista...considerata] considerata sic natura ista Sv¹⁰
 44 ratione] intellectus V¹⁸ intellectu eius uel
*prae*m. E¹
 45 nec] et non N¹
 47 ipsa] ea V¹⁸
 57 primam] et propriam *add.* N¹
 58 scilicet absolutam] abstracte Er²
 61 esse] esset V¹⁸
 62 homo] et *add.* V¹⁸
 extra hoc singulare] in eo E¹
 67 illo] alio Bo⁷
 78 intellectus] ratione N¹
 80 quia in Sorte] in sorte enim N¹
 85 quia...indiuiduis *hom. om.* Er²
 86 ut] licet Er²
 87 omnibus] cuilibet Er²
 95 et] equaliter *add.* M¹⁰
 104 ad res] que sunt *add.* N¹ *om.* Bo⁷
 quia...omnium *om.* V¹⁸
 115 species statue] species E¹ statua V¹⁸
 118 commune] quiddam Er²
 121 conuenit...considerationem *om.* Sv¹⁰
 130 in quantum] secundum quod V¹⁸
 133 Et...predicari] predicari tamen N¹
 152-57 extra...quod habet] *marg.* Bo⁷ *hom. om.* V¹⁸
 4, 1 substantiis] omnibus *prae*m. Er²
 3 intelligentia] -ntiis E¹ intellectua Tl¹
 autem] communiter M¹⁰
 6 nituntur] intendunt E¹
 inducere...animam] ponere in intelligentiis et
 in anima V¹⁸
 11 esse probant] probantur Er² *inv.* Bo⁷
 demonstratio] determinatio pBo⁷ dicti ratio N¹
 13 non esse intelligibiles *om.* Sv¹⁰
 14-16 nisi...in actu *hom. om.* E¹
 14-17 separantur...secundum quod *hom. om.* Er²
 15 eius] materie N¹
 21 etiam sit] *inv.* N¹ insit M¹⁰ insit ei E¹ com-
 mune sit Sv¹⁰
 22 in materia *om.* V¹⁸
 23 Nec] et non M¹⁰
 25 Si...tantum *hom. om.* Er²

- 4, 25-27 Si...nisi *om.* Bo⁷
 28 tunc] enim *add.* Bo⁷
 35 accipiat] intelligatur N¹
 35 essentia] materia pM¹⁰N¹
 39 esse] essentiam V¹⁸
 41 Et quomodo] quomodo autem N¹
 44 rationem] nomen Er²
 45 inuenitur *post* forme Sv¹⁰
 51-53 inueniantur...distantes] inueniatur aliqua forma
 ...potest...accidit ei...est distans Er²
 57 totum] omne N¹
 59 ideo] isto modo M¹⁰
 ut] quod N¹
 64 autem] uero M¹⁰
 65 ex] ob Tl¹
 66 Vna] enim *add.* E¹
 67 ut totum uel *hom. om.* E¹
 70 de...composita *hom. om.* E¹
 70 non] Non enim Tl¹
 74 quasi formam *hom. om.* Tl¹
 76 substantie...ea] rei simplicis de ipsa Sv¹⁰
 82 quod aliqua sunt] aliqua esse Er²
 83 idem...diuersa] eadem...differentia N¹
 87 quot] quotquot N¹
 92 nec sunt] nature ut sint N¹
 101 an] utrum V¹⁸ sit uel *add.* M¹⁰
 105 ut] quod N¹
 106 plurificatio] multiplicatio N²pV¹⁸
 108 forma] natura forme E¹
 109 sicut] similiter Tl¹
 110-13 uel...separatione *om.* V¹⁸
 112 alius] aliud N¹ aliter Sv¹⁰ *ante* esset Er²
 (*def.* V¹⁸)
 129 ab] ex V¹⁸
 134 in esse *om.* V¹⁸
 136 quam] a V¹⁸
 141 alias...tantum *hom. om.* E¹
 144 quod²...habet] per hoc habet esse E¹
 147 Omne] esse Tl¹
 148 quod receptum est] receptum E¹
 149 actus] purus *add.* Er²
 151 esse] eius *prae.* Tl¹
 158 et...corporalibus *om.* M¹⁰
 168 erit] esset Tl¹
 169 esset impossibile] non esset possibile N¹
 184 et ideo] unde et N¹
 187 ideo] unde N¹ et *prae.* Er² secundum ipsum
add. M¹⁰
 188 trahatur] pertrahatur N¹
 191 illud] unum *add.* Er²
 196 gradus] quidam *add.* Er²
 199 exigentiam...passiuarum] qualitatem actiuam et
 passiuam Er²
 5, 2 inuenitur] -niatur Bo⁷
 7 eius] suum N¹
 15 si dicimus] si dicitur Er² dicere *sup. ras.* Bo⁷
 16 illorum errorem] errorem eorum N¹
 17 Deum...uniuersale] dixerunt quod deus est illud
 essentiale V¹⁸
 5, 21 esse] alio V¹⁸ alio *prae.* N¹
 25 commune] eius *add.* Er²
 26 aliquam additionem] aliam conditionem Er²
 28-30 esset...quamvis sit *hom. om.* Tl¹
 31 ei] eius Bo⁷
 34 simpliciter] simplex Tl¹
 37 unum] omnes res *prae.* E¹
 41 operationes] omnes *prae.* E¹
 42 haberet] habet V¹⁸ haberentur Er² *ante* omnes
 M¹⁰
 ita] ut Bo⁷
 45 creatis] ut in intelligentiis et in *add.* E¹
 46 quamvis essentia *om.* E¹
 49 natura uel] naturalis Tl¹V¹⁸
 53 enim] etiam V¹⁸
 54 non] nec Bo⁷
 tamen] autem N¹
 finiuntur] finite V¹⁸
 60 eius] sua V¹⁸
 63 ut] quod N¹
 66 indiuiduum...illud esse *hom. om.* Tl¹
 70 sed] et V¹⁸
 72 substantiis] principiis E¹
 79 essentialibus] hoc Er²
 81 differential] in *prae.* Er²
 84 accidentales] essentiales Sv¹⁰
 a...significari] nobis designari Sv¹⁰
 86 et in substantiis *om.* E¹
 87 quia...sensibilibus *hom. om.* Sv¹⁰
 93 ex] ab V¹⁸
 95 dicitur...simplex] differentia talis dicitur esse
 simplex Bo⁷
 108 differunt ab inuicem] differt ab alia V¹⁸
 109 potentialitate] materialitate E¹
 115 Nec] unde E¹
 118 enim] igitur V¹⁸
 120 participando] recipiendo E¹
 122 gradus] modus N¹
 127 ut] quod Er²
 130 XI] XII N¹ vj Er² viij Bo⁷
 132 et] etiam M¹⁰
 6, 1 quomodo] qualiter M¹⁰
 8 et] sed V¹⁸
 11 componuntur] -niture Bo⁷
 12 subiecto] substantiis V¹⁸
 15 nec materia *om.* V¹⁸
 quia etiam] quicumque Tl¹
 etiam] *post* oportet V¹⁸ *om.* M¹⁰
 34 in se] *post* completum Bo⁷ *om.* V¹⁸
 35 subsistens...esse] in esse suo subsistens V¹⁸
 38 aduenit] superuenit M¹⁰
 39 per] et *prae.* M¹⁰
 41 esse...intelligi *hom. om.* E¹
 47 neque...est *om.* Er²
 53 in rebus calidis *om.* V¹⁸
 56 oportet] contingit M¹⁰
 57 que] sunt *add.* N¹
 58 participant *ante* rationem V¹⁸
 61 consequuntur *post* materiam M¹⁰

- | | | | |
|---------|--|--------|--|
| 6, 62 | autem] enim Sv ¹⁰ | 6, 115 | ideo] et <i>praem.</i> Sv ¹⁰ |
| 63 | ad materiam] a materia E ¹ | 124 | concretue] concreta V ¹⁸ |
| 64 | uero] autem V ¹⁸ | 125 | ut] sicut E ² |
| 67 | sicut est] sicut N ¹ ut M ¹⁰ | 127 | abstracto] abstraxione dicuntur uel E ¹ |
| 78 | ut dicitur <i>om.</i> M ¹⁰ | 130 | in eis] <i>post</i> sumi V ¹⁸ <i>om.</i> E ¹ |
| 80 | dicta] animalis <i>add.</i> N ¹ | 146 | eorum] eorum Bo ⁷ |
| 84 | cutis...ethiope] ethyopis E ² | 148 | poneretur <i>ante</i> in eorum N ¹ |
| 98 | Sciendum...perfectum <i>marg.</i> Bo ⁷ | 153 | sit] est V ¹⁸ |
| 105-108 | sed...separabile <i>hom. om.</i> Sv ¹⁰ | 158 | quandoque] quando V ¹⁸ |
| 106 | ex] ab M ¹⁰ | 160 | causantur] sumuntur V ¹⁸ |
| | est] aduenit V ¹⁸ | 163 | essentia est <i>om.</i> M ¹⁰ |
| 109 | est etiam] tamen est E ² | 165 | qualiter] quomodo E ² |
| 112 | substantiali] tali V ¹⁸ | 167 | quod] qui T ¹ quidem <i>add.</i> N ¹ |
| 114 | que] quod N ¹ | | |

APPENDICE S

Orthographe du mot sed

Comment transcrire la graphie *sz* des copistes médiévaux ?

Dans son édition du *De ente*, le P. Roland-Gosselin avait adopté l'écriture *set* ; nous y avons renoncé, à la suite de nos propres sondages.

Une première enquête portait sur 18 copistes de la seconde moitié du xiii^e, en matières théologiques et philosophiques (12 ont pu être interrogés sur une suite de 50 cas) :

1. Brugge-Grootsem. 102 (Aristote)
2. Paris, Maz. 5 (Bible)
3. — — 240 (texte d'Isaïe)
4. — — 844 (Thomas d'Aquin *In Sent.*)
5. — — 873 (Albert *In Dionys.*)
6. — B.N. lat. 638 (texte de S. Luc)
7. — — (Thomas *Catena*)
8. — — 3032 (texte de P. Lombard)
9. — — 6325 (Aristote)
10. — — 15467 (Bible)
11. — — 15814 (Thomas *De unitate int.*)
12. — — 16297 (Siger *Impossibilia*)
13. — — (Thomas *Contra retrahentes*)
14. — — 17341 (texte de Denys)
15. Vat., Pal. lat. 1063 (Aristote)
16. Vat. lat. 691 (texte de P. Lombard)
17. — — 722 (Albert *In Ethic.*)
18. — — 773 (Thomas *In Ethic.*)

Sur ces 18 copistes,

- 6 explicitent parfois en *set* : nn. 1 5 9 11 13 et 17 ;
 6 — — *sed* : nn. 3 6 7 8 14 et 16 ;
 6 n'explicitent jamais : nn. 2 4 10 12 15 et 18

Au total, sur 740 cas relevés, on trouve 11 *set* et 37 *sed*. *Sed* paraît plutôt en des textes théologiques copiés avec marges pour recevoir un commentaire : ainsi le n. 14 (11 *sed* sur 25 cas), le n. 3 (12 *sed* sur 16 cas). *Set* se rencontre en Aristote (nn. 1 et 9) et ses commentateurs (n. 17), parfois aussi en des opuscules thomistes (nn. 11 et 13).

Mais l'exploration des mss du *De ente et essentia* nous a été l'occasion de relevés plus complets. 165 témoins, y compris l'édition princeps, ont été collationnés sur une section de 1 000 mots où le mot en question paraît 14 fois : 14 témoins (2 du xiii^e) l'explicitent en *sed* 1 ou 2 fois, 8 témoins (3 du xiii^e) — *set* de 1 à 3 fois ;

sur les 165 × 14 = 2 340 apparitions du mot dans ces collations, il est 18 fois explicité en *sed* et 13 fois en *set*.

Ce test n'est pas probant pour le xiii^e s. ; la masse des témoins tardifs y avantage un peu l'écriture *sed*. Le test suivant est moins contestable.

45 témoins mss antérieurs à 1325 ont été collationnés sur une base plus large d'environ 3 800 mots, où le mot *sed* paraît 47 fois :

1 témoin (Pr²⁰) l'explicité 1 fois en *sed* et 2 fois en *set*, 5 témoins l'explicitent en *sed* au moins 1 fois (Lo⁶ 10 fois), 8 autres l'explicitent en *set* de 1 à 3 fois ;

sur les 47 × 45 = 2 115 apparitions du mot, il est 21 fois explicité en *sed* et 15 fois en *set*.

Voilà donc un texte strictement philosophique, dont les copies anciennes se révèlent indifférentes à l'écriture du mot : 2 sur 3 ne l'explicitent jamais. Au total, le mot n'est écrit explicitement que 17 fois sur 1 000, tantôt *sed* et tantôt *set*.

DE ENTE ET ESSENTIA

SIGLA CODICUM

Bo⁷ Bologna, Bibl. Universitaria 2312
E¹ Erlangen, Universitätsbibl. 213 (485)
Er² Erfurt, Amplon. Qu. 296
M¹⁰ München, Bayer. Staatsbibl., Clm 8001
N¹ Napoli, Bibl. Nazionale VII.B.16
Sv¹⁰ Sevilla, Bibl. Capit. y Colombina 7.6.2
Tl¹ Toulouse, Bibl. Municipale 872
V¹⁸ Bibl. Apostol. Vaticana, Vat. lat. 722

<PROLOGVS>

Quia parvus error in principio magnus est in fine secundum Philosophum in I Celi et mundi, ens autem et essentia sunt que primo intellectu concipiuntur, ut dicit Avicenna in principio sue Methaphisice, ideo ne ex eorum ignorantia errare contingat, ad horum difficultatem aperiendam dicendum est quid nomine essentie et entis significetur, et quomodo in diuersis inueniatur, et quomodo se habeat ad intentiones logicas, scilicet genus, speciem et differentiam.

Quia uero ex compositis simplicium cognitionem accipere debemus et ex posterioribus in priora deuenire, ut a facilioribus incipientes conuenientior fiat disciplina, ideo ex significatione entis ad significationem essentie procedendum est.

CAPITVLVM I

Sciendum est igitur quod, sicut in V Methaphisice Philosophus dicit, ens per se dupliciter dicitur: uno modo quod diuiditur per decem genera, alio modo quod significat propositionum ueritatem. Horum autem differentia est quia secundo modo potest dici ens omne illud de quo affirmatiua propositio formari potest, etiam si illud in re nichil ponat; per quem modum priuationes et negationes entia dicuntur: dicimus enim

quod affirmatio est opposita negationi, et quod cecitas est in oculo. Sed primo modo non potest dici ens nisi quod aliquid in re ponit; unde primo modo cecitas et huiusmodi non sunt entia.

Nomen igitur essentie non sumitur ab ente secundo modo dicto: aliqua enim hoc modo dicuntur entia que essentiam non habent, ut patet in priuationibus; sed sumitur essentia ab ente primo modo dicto. Vnde Commentator in eodem loco dicit quod ens primo modo dictum est quod significat essentiam rei. Et quia, dictum est, ens hoc modo dictum diuiditur per decem genera, oportet ut essentia significet aliquid commune omnibus naturis per quas diuersa entia in diuersis generibus et speciebus collocantur, sicut humanitas est essentia hominis, et sic de aliis.

Et quia illud per quod res constituitur in proprio genere uel specie est hoc quod significatur per diffinitionem indicantem quid est res, inde est quod nomen essentie a philosophis in nomen quiditatis mutatur; et hoc est etiam quod Philosophus frequenter nominat quod quid erat esse, id est hoc per quod aliquid habet esse quid. Dicitur etiam forma, secundum quod per formam significatur certitudo uniuscuiusque rei, ut dicit Avicenna in II Methaphisice sue. Hoc etiam alio nomine natura dicitur, accipiendo naturam secundum primum modum illorum quatuor quod Boetius in libro De duabus naturis

Prolog. 2 I] principio E⁸TI¹ secundo V¹⁸ 4 principio] primo M¹⁸Sv¹⁰ prima E¹ om. Bo⁹ sue Methaphisice] sua metha¹⁰ Bo⁹E¹ 8 significetur] -atur E⁸Sv¹⁰ inueniatur] -itur E⁸ -antur M¹⁸Sv¹⁰ -iuntur sBo⁹E¹ 9 habeat] habeant E⁸Sv¹⁰TI¹ habent Bo⁹ 1. 2 dupliciter dicitur Bo⁹E⁸E¹ inv. est. 6 illud] id E⁸N¹TI¹ 22 ut] quod N¹TI¹V¹⁸ 31 etiam] ante est E⁸TI¹ post quod E⁸ om. N¹ 36 Methaphisice] post sue V¹⁸ phisice post sue E⁸ phisice Bo⁹Sv¹⁰ physice TI¹ phie E¹

Prolog. 2 De celo I 9 (271 b 8-13); item Averroes In De anima III comm. 4: « minimus enim error in principio est causa maximi erroris in fine, ut dicit Aristoteles » (ed. Crawford, p. 384 l. 32). 4 Cf. Avicenna Metaph. I c. 6: « Dicemus igitur quod ens et res et necesse talia sunt quod statim imprimuntur in anima prima impressione » (ed. Venetiis 1508, f. 72 rb A); vox quidem 'essentia' ibi deest, sed paulo infra sequitur: « Unaqueque enim res habet certitudinem qua est id quod est...Unaqueque res habet certitudinem propriam que est eius quiditas » (ibid. f. 72 va C). 1. 1 Metaph. V 9 (1017 a 22-35). 18 Averroes Metaph. V comm. 14: « Sed debes scire universaliter quod hoc nomen ens quod significat essentiam rei est aliud ab ente quod significat verum » (ed. Venetiis 1552, f. 55 va 56). 30 a philosophis: v. gr. Avicenna Metaph. V c. 5 passim, item Averroes, ut Metaph. VII passim. 32 frequenter...: vox rō rī ἦν elvxi, quam decies et vices legimus in Analytica posteriora II 4-6 (91 a 25 - 92 a 25) vel in Metaph. VII c. 3-6 (1028 b 34 - 1032 a 29), latine reddiderunt translatores 'quod quid erat esse': velut Iacobus Venetus, ut invenies in eius transl. Anal. post. (AL IV. 1-4) et Metaph. 'Verustissima' (AL XXV.I.10), necnon Guill. de Moerbeke, v. gr. in Metaph. 'Novae translationis'. 36 Metaph. I c. 6: « unaqueque res habet certitudinem propriam que est eius quiditas » (f. 72 va) et II c. 2 « hec certitudo...est forma » (f. 76 ra). 39 De persona et duabus naturis c. 1: « Natura est earum rerum que, cum sint, quoquo modo intellectu capi possunt » (PL 64, 1341 B).

40 assignat : secundum scilicet quod natura dicitur
omne illud quod intellectu quoquo modo capi
potest, non enim res est intelligibilis nisi per
diffinitionem et essentiam suam; et sic etiam
45 Philosophus dicit in V Methaphisice quod omnis
substantia est natura. Tamen nomen nature hoc
modo sumpte uidetur significare essentiam rei
secundum quod habet ordinem ad propriam
operationem rei, cum nulla res propria operatione
destituatur; quiditatis uero nomen sumitur ex
50 hoc quod per diffinitionem significatur. Sed
essentia dicitur secundum quod per eam et in ea
ens habet esse.

Sed quia ens absolute et primo dicitur de
substantiis, et per posterius et quasi secundum
55 quid de accidentibus, inde est quod etiam essentia
proprie et uere est in substantiis, sed in acci-
dentibus est quodammodo et secundum quid.
Substantiarum uero quedam sunt simplices et
quedam compositae, et in utrisque est essentia;
60 sed in simplicibus ueriori et nobiliori modo,
secundum quod etiam esse nobilius habent :
sunt enim causa eorum que composita sunt, ad
minus substantia prima simplex que Deus est.
Sed quia illarum substantiarum essentie sunt nobis
65 magis occulte, ideo ab essentiis substantiarum
compositarum incipiendum est, ut a facilioribus
conuenientior fiat disciplina.

CAPITVLVM II

In substantiis igitur compositis forma et materia
nota est, ut in homine anima et corpus. Non
autem potest dici quod alterum eorum tantum
essentia esse dicatur. Quod enim materia sola rei
70 non sit essentia, planum est, quia res per essentiam
suam et cognoscibilis est, et in specie ordinatur uel
genere; sed materia neque cognitionis principium
est, neque secundum eam aliquid ad genus uel

speciem determinatur, sed secundum id quod
aliquid actu est. Neque etiam forma tantum
essentia substantie compositae dici potest, quamuis
hoc quidam asserere conentur. Ex hiis enim que
dicta sunt patet quod essentia est illud quod
per diffinitionem rei significatur; diffinitio autem
substantiarum naturalium non tantum formam
15 continet sed etiam materiam, aliter enim diffini-
tiones naturales et mathematicae non differrent.
Nec potest dici quod materia in diffinitione
substantie naturalis ponatur sicut additum essentie
eius uel ens extra essentiam eius, quia hic modus
diffinitionum proprius est accidentibus, que per-
fectam essentiam non habent; unde oportet
quod in diffinitione sua subiectum recipiant,
quod est extra genus eorum. Patet ergo quod
essentia comprehendit et materiam et formam. 25

Non autem potest dici quod essentia significet
relationem que est inter materiam et formam,
uel aliquid superadditum ipsis, quia hoc de
necessitate esset accidens et extraneum a re, nec
per eam res cognosceretur : que omnia essentie
30 conueniunt. Per formam enim, que est actus
materie, materia efficitur ens actu et hoc aliquid;
unde illud quod superaduenit non dat esse actu
simpliciter materie, sed esse actu tale, sicut etiam
accidentia faciunt, ut albedo facit actu album. 35
Vnde et quando talis forma acquiritur, non dicitur
generari simpliciter sed secundum quid.

Relinquitur ergo quod nomen essentie in
substantiis compositis significat id quod ex
materia et forma compositum est. Et huic consonat
40 uerbum Boetii in commento Predicamentorum,
ubi dicit quod *usya* significat compositum; *usya*
enim apud Grecos idem est quod essentia apud
nos, ut ipsemet dicit in libro De duabus naturis.
Auicenna etiam dicit quod quiditas substan-
45 tiarum compositarum est ipsa compositio
forme et materie. Commentator etiam dicit super
VII Methaphisice « Natura quam habent species

41 omne] *an* esse E¹M¹⁰T¹? intellectu *post* modo Bo¹E¹ modo] percipi et *add.* N¹T¹ 42 res est *inv.* N¹T¹ 43 diffinitionem]
differentiam (-ias Bo¹) Bo¹E¹T¹ sic] sicut Bo¹E¹ 44 in *om.* E¹M¹⁰S¹V¹⁰ 45 nomen nature *inv.* N¹T¹ 50 per...significatur]
diffinitionem significat N¹V¹ (*def.* E¹) 53 primo] prius T¹ per prius E¹N¹ 55 etiam *om.* M¹⁰V¹⁰ 56 proprie...uere *inv.* M¹⁰V¹⁰
60 et nobiliori] *post* modo E¹S¹V¹⁰ et meliori pBo¹ *om.* E¹ 61 etiam] *ante* quod E¹S¹V¹⁰ *post* esse N¹
2. 2 nota est] est E¹ nota sunt T¹ essentia sunt N¹ 4 esse dicatur] dicatur T¹V¹⁰ rei sit E¹ sit N¹ rei Bo¹E¹N¹ *post* essen-
tia *cel.* (*def.* E¹) 6 et¹ *om.* E¹M¹⁰V¹⁰ 8 uel] et N¹ in *add.* sBo¹E¹S¹M¹⁰V¹⁰ 11 substantie compositae]
inv. E¹M¹⁰ sed substantia composita N¹ 13 illud] id M¹⁰N¹V¹⁰ 15 naturalium] materialium E¹V¹⁰ 17 mathematicae] metha¹⁰ N¹V¹⁰
uel me¹⁰ *add.* E¹ 21 diffinitionum] -ionis E¹V¹⁰ (*def.* M¹⁰) 24 ergo] igitur N¹T¹ 25 et¹ *om.* E¹M¹⁰N¹S¹V¹⁰ 29 et] uel N¹T¹
38 ergo] igitur Bo¹E¹ 43 enim] autem E¹V¹⁰ 47 forme...materie *inv.* S¹V¹⁰V¹⁰

44 *Metaph.* V 5 (1014 b 36) : « Alio modo dicitur natura existentium natura substantia » (ms. P, fol. 195 vb ; ms. V, fol. 39 r).

2. 12 quidam : cf. Thomas *Super Metaph.* VII 9 : « Haec opinio videtur Averrois et quorundam sequentium ipsam ». Ait enim Averroes
Metaph. VII comm. 21 : « Quiditas hominis...est forma hominis, et non est homo qui est congregatus ex materia et forma » (fol. 81 ra 31-33).
42 significat compositum : hoc effatum Boetio attribuunt Albertus *Super Sent.* I d. 23 a. 4 (Borgnet 25, 591 a), *ibid.* Bonaventura dub. 1, ipse
Thomas q. 1 a. 1 ; apud Boetium non reperitur. 45 Avicenna *Metaph.* V c. 5 : « quiditas...composita est ex forma et materia : hec enim est
quiditas compositi, et quiditas est hec compositio » (fol. 90 ra F). 48 Averroes *Metaph.* VII comm. 27 (fol. 83 va 42-44).

in rebus generabilibus est aliquod medium, id
 50 est compositum ex materia et forma ». Huic etiam
 ratio concordat, quia esse substantie compositae
 non est tantum forme neque tantum materie,
 sed ipsius compositi; essentia autem est secundum
 55 quam res esse dicitur: unde oportet ut essentia
 qua res denominatur ens non tantum sit forma,
 neque tantum materia, sed utrumque, quamvis
 huiusmodi esse suo modo sola forma sit causa.
 Sic enim in aliis uidemus quae ex pluribus
 principiis constituuntur, quod res non denomi-
 60 nat ex altero illorum principiorum tantum,
 sed ab eo quod utrumque complectitur: ut
 patet in saporibus, quia ex actione calidi digerentis
 humidum causatur dulcedo, et quamvis hoc modo
 calor sit causa dulcedinis, non tamen denominatur
 65 corpus dulce calore sed sapore qui calidum et
 humidum complectitur.

Sed quia indiuiduationis principium materia
 est, ex hoc forte uideretur sequi quod essentia,
 quae materiam in se complectitur simul et formam,
 70 sit tantum particularis et non uniuersalis: ex quo
 sequeretur quod uniuersalia diffinitionem non
 haberent, si essentia est id quod per diffinitionem
 significatur. Et ideo sciendum est quod materia
 non quolibet modo accepta est indiuiduationis
 75 principium, sed solum materia signata; et dico
 materiam signatam quae sub determinatis dimen-
 sionibus consideratur. Hec autem materia in
 diffinitione quae est hominis in quantum est homo
 non ponitur, sed poneretur in diffinitione Sortis
 80 si Sortes diffinitionem haberet. In diffinitione
 autem hominis ponitur materia non signata:
 non enim in diffinitione hominis ponitur hoc
 os et hec caro, sed os et caro absolute quae sunt
 materia hominis non signata.

85 Sic ergo patet quod essentia hominis et essentia
 Sortis non differt nisi secundum signatum et
 non signatum; unde Commentator dicit super
 VII Metaphisice «Sortes nichil aliud est quam
 animalitas et rationalitas, quae sunt quiditas eius».
 90 Sic etiam essentia generis et speciei secundum
 signatum et non signatum differunt, quamuis

alius modus designationis sit utrobique: quia
 designatio indiuidui respectu speciei est per
 materiam determinatam dimensionibus, designatio
 autem speciei respectu generis est per differentiam
 95 constitutiuam quae ex forma rei sumitur. Hec
 autem determinatio uel designatio quae est in
 specie respectu generis, non est per aliquid in
 essentia speciei existens quod nullo modo in
 essentia generis sit; immo quicquid est in specie
 100 est etiam in genere ut non determinatum. Si
 enim animal non esset totum quod est homo sed
 pars eius, non predicaretur de eo, cum nulla
 pars integralis de suo toto predicetur.

Hoc autem quomodo contingat uideri poterit,
 105 si inspiciatur qualiter differt corpus secundum
 quod ponitur pars animalis, et secundum quod
 ponitur genus; non enim potest esse eo modo
 genus quo est pars integralis. Hoc igitur nomen
 quod est corpus multipliciter accipi potest. Corpus
 110 enim secundum quod est in genere substantie
 dicitur ex eo quod habet talem naturam ut in
 eo possint designari tres dimensiones; ipse enim
 tres dimensiones designate sunt corpus quod est
 in genere quantitatis. Contingit autem in rebus
 115 ut quod habet unam perfectionem, ad ulteriorem
 etiam perfectionem pertingat; sicut patet in
 homine, qui et naturam sensitivam habet, et
 ulterius intellectiuam. Similiter etiam et super
 hanc perfectionem quae est habere talem formam
 120 ut in ea possint tres dimensiones designari,
 potest alia perfectio adiungi, ut uita uel aliquid
 huiusmodi. Potest ergo hoc nomen corpus signi-
 ficare rem quandam quae habet talem formam
 ex qua sequitur in ipsa designabilitas trium
 125 dimensionum, cum precisione: ut scilicet ex
 illa forma nulla ulterior perfectio sequatur, sed si
 quid aliud superadditur, sit preter significationem
 corporis sic dicti. Et hoc modo corpus erit
 integralis et materialis pars animalis: quia sic
 130 anima erit preter id quod significatum est nomine
 corporis, et erit superueniens ipsi corpori, ita
 quod ex ipsis duobus, scilicet anima et corpore,
 sicut ex partibus constituetur animal.

51 ratio concordat *imp.* N^oS^oV^oTI¹ 52 forme] esse *prae*m. N^oV^o 54 ut] quod B^oE^oN^oV^o 57 esse] essentie E^oN^oV^o 62 ex] ab
 M^oN^oV^o 65 calore...sapore Bo^oS^oV^oTI¹ a calore...a sapore *cet.* qui] quia E^o quod pBo^oM^oS^oV^o 68 uideretur] ante forte M^o
 uidetur E^oTI¹ 71 diffinitionem *post* haberet N^oTI¹ 73 est *om.* E^oE^oV^o 78 que est *om.* E^oE^oM^oTI¹ 80 diffinitionem haberet
imp. N^oV^o 83 sed...caro *hom. om.* TI¹V^o 85 essentia^o *om.* E^oTI¹ 86 differt] differunt E^oTI¹V^o 90 speciei] essentie *prae*m. E^oM^o
 S^oV^o 95 autem] uero M^oS^oV^o 105 poterit] potest E^oV^o 107 in specie] speciei E^oV^o 108 esse] ante potest N^o *post* modo E^oV^o 110 accipi potest] acci-
 pitur N^oTI¹ *def.* E^o 113 enim] uero N^oTI¹ 117 pertingat] contingat E^oV^o 118 attingat] attingat E^o 121 ea] eo Bo^oE^o 122 designari] ante tres
 S^oV^o 128 superadditur] -itum E^oV^o 131 erit] est Bo^oE^o 134 sicut ex partibus *post* animal N^oTI¹

88 Averroes *Metaph.* VII comm. 20: «... quae sunt quiditas eius»: ita mss XIII s. velut Vat. lat. 2081, fol. 74 vb et Ottob. lat. 2215, fol. 91 vb;
 ed. Venetiis 1552: «... quiditates eius» (fol. 80 ra 23). 105-150 Cf. Thomas *Super Sent.* I d. 25 q. 1 a. 1 ad 2, referens Avicennam; vide Avic.
Metaph. V c. 3 (fol. 88 ra A).

133 Potest etiam hoc nomen corpus hoc modo accipi ut significet rem quandam que habet talem formam ex qua tres dimensiones in ea possunt designari, quaecumque forma sit illa, siue ex ea possit provenire aliqua ulterior perfectio, 140 siue non; et hoc modo corpus erit genus animalis, quia in animali nichil erit accipere quod non implicite in corpore contineatur. Non enim anima est alia forma ab illa per quam in re illa poterant designari tres dimensiones; et ideo cum dicebatur quod 'corpus est quod habet talem 145 formam ex qua possunt designari tres dimensiones in eo', intelligebatur quaecumque forma esset: siue anima, siue lapideitas, siue quaecumque alia. Et sic forma animalis implicite in forma corporis 150 continetur, prout corpus est genus eius.

Et talis est etiam habitudo animalis ad hominem. Si enim animal nominaret tantum rem quandam que habet talem perfectionem ut possit sentire et moveri per principium in ipso existens, cum 155 precisione alterius perfectionis, tunc quaecumque alia perfectio ulterior superueniret haberet se ad animal per modum compartis, et non sicut implicite contenta in ratione animalis; et sic animal non esset genus. Sed est genus secundum 160 quod significat rem quandam ex cuius forma potest provenire sensus et motus, quaecumque sit illa forma: siue sit anima sensibilis tantum, siue sensibilis et rationalis simul.

Sic ergo genus significat indeterminate totum 165 id quod est in specie, non enim significat tantum materiam. Similiter etiam et differentia significat totum, et non significat tantum formam; et etiam diffinitio significat totum, uel etiam species. Sed tamen diuersimode: quia genus significat 170 totum ut quedam denominatio determinans id quod est materiale in re sine determinatione proprie forme, unde genus sumitur ex materia — quamvis non sit materia —; ut patet quia corpus dicitur ex hoc quod habet talem perfectionem 175 ut possint in eo designari tres dimensiones, que quidem perfectio est materialiter se habens ad ulteriorem perfectionem. Differentia uero e

conuerso est sicut quedam denominatio a forma determinata sumpta, preter hoc quod de primo intellectu eius sit materia determinata; ut patet 180 cum dicitur animatum, scilicet illud quod habet animam, non enim determinatur quid sit, utrum corpus uel aliquid aliud: unde dicit Avicenna quod genus non intelligitur in differentia sicut 185 pars essentie eius, sed solum sicut ens extra essentiam, sicut etiam subiectum est de intellectu passionum. Et ideo etiam genus non predicatur de differentia per se loquendo, ut dicit Philosophus in III Metaphisice et in IV Topicorum, nisi 190 forte sicut subiectum predicatur de passione. Sed diffinitio uel species comprehendit utrumque, scilicet determinatam materiam quam designat nomen generis, et determinatam formam quam designat nomen differentie.

Et ex hoc patet ratio quare genus, species et 195 differentia se habent proportionaliter ad materiam et formam et compositum in natura, quamvis non sint idem quod illa: quia neque genus est materia, sed a materia sumptum ut significans totum; neque differentia forma, sed a forma 200 sumpta ut significans totum. Vnde dicimus hominem esse animal rationale, et non ex animali et rationali sicut dicimus eum esse ex anima et corpore: ex anima enim et corpore dicitur esse 205 homo sicut ex duabus rebus quedam res tertia constituta que neutra illarum est, homo enim neque est anima neque corpus. Sed si homo aliquo modo ex animali et rationali esse dicatur, non erit sicut res tertia ex duabus rebus, sed sicut intellectus tertius ex duobus intellectibus. 210 Intellectus enim animalis est sine determinatione specialis forme, exprimens naturam rei ab eo quod est materiale respectu ultime perfectionis; intellectus autem huius differentie rationalis consis- 215 tit in determinatione forme specialis: ex quibus duobus intellectibus constituitur intellectus speciei uel diffinitionis. Et ideo sicut res constituta ex aliquibus non recipit predicationem earum rerum ex quibus constituitur, ita nec intellectus recipit predicationem eorum intellectuum ex quibus 220

138 possunt] possint E¹N¹ ante in ea E²V¹⁰ post designari M¹⁰ 140 erit] est E¹N¹ 141 erit] est E²N¹TI¹ 142 implicite post con-
tineatur N¹TI¹ 142 contineatur] -inetur E¹Er²M¹⁰Sv¹⁰ 143 illa² om. M¹⁰V¹⁰ 145 quod¹ om. N¹TI¹ 148 anima] animal E¹Er² anima-
litas N¹ 148 alia] forma praeem. V¹⁰ forma add. M¹⁰N¹ 149 implicite] post corporis Er²V¹⁰ post continetur N¹ 153 talem
om. M¹⁰V¹⁰ 157 compartis] compositi E¹ comparantis Sv¹⁰ partis N¹V¹⁰ (cf. Praef. § 25) ad animal add. M¹⁰ 160 rem quandam
inv. N¹TI¹ 161 provenire] peruenire E¹Sv¹⁰TI¹ 162 sit...siue hom. om. Er² 163 sensibilis Bo²Sv¹⁰TI¹ sit praeem. N¹ anima praeem. et
exp. Er² sit anima praeem. est. 166 et om. E¹Er²N¹V¹⁰ 168 uel Bo²Sv¹⁰TI¹ quod Er² et est. 169 tamen om. N¹V¹⁰ 170 denomina-
tio] determinatio pBo²N¹V¹⁰ 173 quia Bo²V¹⁰ ex hoc quod E¹ in eo quod N¹ quod est. 176 perfectio om. M¹⁰V¹⁰ 178 denomina-
tio] determinatio N¹V¹⁰ 179 determinatio] -nate E¹N¹V¹⁰ 186 etiam] et Er²TI¹ 195 Et om. E¹N¹ genus Bo²Er²Sv¹⁰ et add. est.
200 neque differentia...totum hom. om. Er²TI¹

172-179 genus...differentia...a forma: Avicennam refert Thomas *Super Sent.* II d. 3 q. 1 a. 5 arg. 4; cf. Avicenna *Metaph.* V c. 5 (fol. 89 va D).

183 Avicenna *Metaph.* V c. 6: « Genus...predicatur de differentia ita quod est concomitans eam non pars quiditatis eius » (fol. 90 va B).

189 *Metaph.* III 8 (998 b 24) et *Topic.* IV c. 2 (122 b 20). 195-222 Cf. Avicenna *Metaph.* V c. 5 (fol. 89 v D-E).

constituitur : non enim dicimus quod diffinitio sit genus aut differentia.

Quamvis autem genus significet totam essentiam speciei, non tamen oportet ut diversarum specierum quarum est idem genus, sit una essentia, quia unitas generis ex ipsa indeterminatione uel indifferentia procedit. Non autem ita quod illud quod significatur per genus sit una natura numero in diversis speciebus, cui superueniat res alia que sit differentia determinans ipsum, sicut forma determinat materiam que est una numero ; sed quia genus significat aliquam formam — non tamen determinate hanc uel illam —, quam determinate differentia exprimit, que non est alia quam illa que indeterminate significabatur per genus. Et ideo dicit Commentator in XI Methaphisice quod materia prima dicitur una per remotionem omnium formarum, sed genus dicitur unum per communitatem forme significate. Vnde patet quod per additionem differentie remota illa indeterminatione que erat causa unitatis generis, remanent species per essentiam diuerse.

Et quia, ut dictum est, natura speciei est indeterminata respectu individui sicut natura generis respectu speciei : inde est quod, sicut id quod est genus prout predicabatur de specie implicabat in sua significatione, quamvis indistincte, totum quod determinate est in specie, ita etiam et id quod est species secundum quod predicatur de individuo oportet quod significet totum id quod est essentialiter in individuo, licet indistincte. Et hoc modo essentia speciei significatur nomine hominis, unde homo de Sorte predicatur. Si autem significetur natura speciei cum precisione materie designate que est principium indiuiduationis, sic se habebit per modum partis ; et hoc modo significatur nomine humanitatis, humanitas enim significat id unde homo est homo. Materia autem designata non est id unde homo est homo, et ita nullo modo continetur inter illa ex quibus homo habet quod sit homo. Cum ergo humanitas in suo intellectu includat tantum ea ex quibus homo habet quod est homo, patet quod a significatione excluditur

uel precipitur materia designata ; et quia pars non predicatur de toto, inde est quod humanitas nec de homine nec de Sorte predicatur. Vnde dicit Avicenna quod quiditas compositi non est ipsum compositum cuius est quiditas, quamvis etiam ipsa quiditas sit composita ; sicut humanitas, licet sit composita, non est homo : immo oportet quod sit recepta in aliquo quod est materia designata.

Sed quia, ut dictum est, designatio speciei respectu generis est per formam, designatio autem individui respectu speciei est per materiam, ideo oportet ut nomen significans id unde natura generis sumitur, cum precisione forme determinate perficientis speciem, significet partem materialem totius, sicut corpus est pars materialis hominis ; nomen autem significans id unde sumitur natura speciei, cum precisione materie designate, significat partem formalem. Et ideo humanitas significatur ut forma quedam, et dicitur quod est forma totius ; non quidem quasi superaddita partibus essentialibus, scilicet forme et materie, sicut forma domus superadditur partibus integralibus eius : sed magis est forma que est totum, scilicet formam complectens et materiam, tamen cum precisione eorum per que nata est materia designari.

Sic igitur patet quod essentiam hominis significat hoc nomen homo et hoc nomen humanitas, sed diuersimode, ut dictum est : quia hoc nomen homo significat eam ut totum, in quantum scilicet non precipit designationem materie sed implicite continet eam et indistincte, sicut dictum est quod genus continet differentiam ; et ideo predicatur hoc nomen homo de indiuiduis. Sed hoc nomen humanitas significat eam ut partem, quia non continet in significatione sua nisi id quod est hominis in quantum est homo, et precipit omnem designationem ; unde de indiuiduis hominis non predicatur. Et propter hoc nomen essentia quandoque inuenitur predicatum de re, dicimus enim Sortem esse essentiam quandam ; et quandoque negatur, sicut dicimus quod essentia Sortis non est Sortes.

227 ita *om.* N^oV^o illud] id E^oN^o 230 ipsum *codd.* 239 forme] materie N^oV^o 246 predicabatur] -catur M^oN^oTI^o 252 speciei] sortis N^oV^o 264 est] sit N^oV^o *def.* E^o significatione] eius *add.* E^oM^oN^oV^o 270 composita E^oM^oN^o *def.* V^o compositum *est.* (*cf.* *Præf.* § 25) 292 significat] -icet Bo^oE^o 301 id] illud E^oS^oV^oTI^o 303 designationem] materie *add.* N^oS^oV^o 304 hoc Bo^oE^oTI^o etiam E^o *etiam add. est.* 307 negatur] -tum E^oM^oN^o

236 Averroes *Metaph.* XI (= XII) *comm.* 14 : « Intendebat < Arist. > dare differentiam inter naturam materie in esse et naturam forme universalis, et maxime illius quod est genus...Ista autem communis, quae intelligitur in materia, est pura priuatio cum non intelligitur nisi secundum ablationem formarum indiuidualium ab ea » (fol. 141 va-vb). 268 Avicenna *Metaph.* V c. 3 : « Quiditas est id quod est quicquid est forma existente coniuncta materie...composito etiam non est hec intentio, quia composita est ex forma et materia : hec enim est quiditas compositi, et quiditas est hec compositio » (fol. 90 ra F). 284 dicitur... : *cf.* Thomas *Super Sent.* I d. 23 q. 1 a. 1 (Parm. VI, 194 a) ; paulo aliter Albertus *De IV coequevis* tr. 4 q. 20 a. 1 : « Dico autem forma totius formam illam quae est predicabilis de toto composito, sicut 'homo' est forma Socratis » (Borgnet 34, 460 a-b).

CAPITVLVM III

Viso igitur quid significetur nomine essentie in substantiis compositis, uidendum est quomodo se habeat ad rationem generis et speciei et differentie. Quia autem id cui conuenit ratio generis uel speciei uel differentie predicatur de hoc singulari signato, impossibile est quod ratio uniuersalis, scilicet generis uel speciei, conueniat essentie secundum quod per modum partis significatur, ut nomine humanitatis uel animalitatis; et ideo dicit Auicenna quod rationalitas non est differentia sed differentie principium; et eadem ratione humanitas non est species, nec animalitas genus. Similiter etiam non potest dici quod ratio generis uel speciei conueniat essentie secundum quod est quedam res existens extra singularia, ut Platonici ponebant, quia sic genus et species non predicarentur de hoc individuo; non enim potest dici quod Sortes sit hoc quod ab eo separatum est, nec iterum illud separatum proficeret in cognitionem huius singularis. Et ideo relinquitur quod ratio generis uel speciei conueniat essentie secundum quod significatur per modum totius, ut nomine hominis uel animalis, prout implicite et indistincte continet totum hoc quod in individuo est.

Natura autem uel essentia sic accepta potest dupliciter considerari. Vno modo secundum rationem propriam, et hec est absoluta consideratio ipsius: et hoc modo nichil est uerum de ea nisi quod conuenit sibi secundum quod huiusmodi; unde quicquid aliorum attribuitur sibi, falsa erit attributio. Verbi gratia homini in eo quod homo est conuenit rationale et animal et alia que in diffinitione eius cadunt; album uero aut nigrum, uel quicquid huiusmodi quod non est de ratione humanitatis, non conuenit homini in eo quod homo. Vnde si queratur utrum ista natura sic considerata possit dici una uel plures, neutrum concedendum est, quia utrumque est extra intellectum humanitatis, et utrumque potest sibi accidere. Si enim pluralitas esset de intellectu eius, numquam posset esse una, cum tamen una sit secundum quod est in Sorte. Similiter si unitas esset de ratione eius, tunc esset una et eadem Sortis et

Platonis, nec posset in pluribus plurificari. Alio modo consideratur secundum esse quod habet in hoc uel in illo: et sic de ipsa aliquid predicatur per accidens ratione eius in quo est, sicut dicitur quod homo est albus quia Sortes est albus, quamuis hoc non conueniat homini in eo quod homo.

Hec autem natura habet duplex esse: unum in singularibus et aliud in anima, et secundum utrumque consequuntur dictam naturam accidentia; in singularibus etiam habet multiplex esse secundum singularium diuersitatem. Et tamen ipsi nature secundum suam primam considerationem, scilicet absolutam, nullum istorum esse debetur. Falsum enim est dicere quod essentia hominis in quantum huiusmodi habeat esse in hoc singulari, quia si esse in hoc singulari conueniret homini in quantum est homo, numquam esset extra hoc singulare; similiter etiam si conueniret homini in quantum est homo non esse in hoc singulari, numquam esset in eo: sed uerum est dicere quod homo, non in quantum est homo, habet quod sit in hoc singulari uel in illo aut in anima. Ergo patet quod natura hominis absolute considerata abstrahit a quolibet esse, ita tamen quod non fiat precisio alicuius eorum. Et hec natura sic considerata est que predicatur de indiuiduis omnibus.

Non tamen potest dici quod ratio uniuersalis conueniat nature sic accepte, quia de ratione uniuersalis est unitas et communitas; nature autem humane neutrum horum conuenit secundum absolutam suam considerationem. Si enim communitas esset de intellectu hominis, tunc in quocumque inueniretur humanitas inueniretur communitas; et hoc falsum est, quia in Sorte non inuenitur communitas aliqua, sed quicquid est in eo est indiuiduatum. Similiter etiam non potest dici quod ratio generis uel speciei accadat nature humane secundum esse quod habet in indiuiduis, quia non inuenitur in indiuiduis natura humana secundum unitatem ut sit unum quid omnibus conueniens, quod ratio uniuersalis exigit. Relinquitur ergo quod ratio speciei accadat nature humane secundum illud esse quod habet in intellectu.

3. 3 et¹ om. M¹⁰V¹⁸ 13 etiam om. E²E¹ 16 ut] prout N¹T¹ 17 predicarentur E¹E²T¹] -retur est. 25 hoc om. M¹⁰N¹
31 erit] est B¹M¹⁰N¹V¹⁸ 32 homo est inv. M¹⁰N¹T¹ 35 uel] aut N¹ et M¹⁰V¹⁸ 50 quod] est add. M¹⁰V¹⁸ 52 habet duplex
inv. E¹V¹⁸ 53 et¹ om. E¹V¹⁸ 55 in B¹E²M¹⁰] et pram. est. 57 suam] post considerationem N¹V¹⁸ post primam M¹⁰Sy¹⁰T¹
59 est] ante enim M¹⁰Sy¹⁰V¹⁸ om. T¹ essentia] natura M¹⁰V¹⁸ 60 huiusmodi] homo N¹ homo pram. E¹ est pram. V¹⁸ 66 non]
om. E¹p¹Sy¹⁰ ante homo M¹⁰ et exp. 67 aut] uel E¹N¹T¹ 68 patet] ante Ergo E¹E² oportet V¹⁸ 75 unitas...communitas inv. E¹N¹
77 suam] ante absolutam E¹Sy¹⁰ om. V¹⁸ 85 natura humana ante in indiuiduis Sy¹⁰V¹⁸ 88 accadat] -dit E¹E² 89 illud] id E¹E²

3. 10 Avicenna *Metaph.* V c. 6: « Differentia non est talis qualis est rationalitas et sensibilitas...Conuenientius est ergo ut hec sint principia differentiarum non differentie » (fol. 90 rb A).

Ipsa enim natura humana in intellectu habet
esse abstractum ab omnibus indiuiduantibus;
et ideo habet rationem uniformem ad omnia
indiuidua que sunt extra animam, prout equaliter
95 est similitudo omnium et ducens in omnium
cognitionem in quantum sunt homines. Et ex
hoc quod talem relationem habet ad omnia
indiuidua, intellectus adinuenit rationem speciei
et attribuit sibi; unde dicit Commentator in
100 principio De anima quod « intellectus est qui agit
in rebus uniuersaliter »; hoc etiam Auicenna
dicit in sua Methaphisica. Et quamuis hec natura
intellecta habeat rationem uniuersalis secundum
quod comparatur ad res extra animam, quia est
105 una similitudo omnium, tamen secundum quod
habet esse in hoc intellectu uel in illo est quedam
species intellecta particularis. Et ideo patet defectus
Commentatoris in III De anima, qui uoluit ex
uniuersalitate forme intellecte unitatem intellectus
110 in omnibus hominibus concludere; quia non est
uniuersalitas illius forme secundum hoc esse
quod habet in intellectu, sed secundum quod
refertur ad res ut similitudo rerum; sicut etiam
si esset una statua corporalis representans multos
115 homines, constat quod illa ymago uel species statue
haberetur esse singulare et proprium secundum
quod esset in hac materia, sed haberetur rationem
communitatis secundum quod esset commune
representatiuum plurium.
120 Et quia nature humane secundum suam abso-
lutam considerationem conuenit quod predicetur
de Sorte, et ratio speciei non conuenit sibi
secundum suam absolutam considerationem sed
est de accidentibus que consequuntur eam secun-
125 dum esse quod habet in intellectu, ideo nomen
speciei non predicatur de Sorte ut dicatur Sortes
est species: quod de necessitate accideret si
ratio speciei conueniret homini secundum esse
quod habet in Sorte, uel secundum suam conside-
130 rationem absolutam, scilicet in quantum est homo;
quicquid enim conuenit homini in quantum est
homo predicatur de Sorte.
Et tamen predicari conuenit generi per se,
cum in eius diffinitione ponatur. Predicatio

enim est quiddam quod completur per actionem
intellectus componentis et diuidentis, habens
fundamentum in re ipsa unitatem eorum quorum
unum de altero dicitur. Vnde ratio predicabilitatis
potest claudi in ratione huius intentionis que est
genus, que similiter per actum intellectus com-
140 pletur. Nichilominus tamen id cui intellectus
intentionem predicabilitatis attribuit, componens
illud cum altero, non est ipsa intentio generis,
sed potius illud cui intellectus intentionem generis
attribuit, sicut quod significatur hoc nomine
145 animal.

Sic ergo patet qualiter essentia uel natura se
habet ad rationem speciei, quia ratio speciei non
est de hiis que conueniunt ei secundum absolutam
suam considerationem, neque est de accidentibus
150 que consequuntur ipsam secundum esse quod habet
extra animam, ut albedo et nigredo; sed est de
accidentibus que consequuntur eam secundum esse
quod habet in intellectu. Et per hunc modum
conuenit etiam sibi ratio generis uel differentie.
155

CAPITVLVM IV

Nunc restat uidere per quem modum sit
essentia in substantiis separatis, scilicet in anima,
intelligentia et causa prima. Quamuis autem
simplicitatem cause prime omnes concedant,
tamen compositionem forme et materie quidam
nituntur inducere in intelligentias et in animam;
cuius positionis auctor uidetur fuisse Auicebron,
actor libri Fontis uite. Hoc autem dictis philo-
sophorum communiter repugnat, quia eas sub-
stantias separatas a materia nominant et absque
10 omni materia esse probant. Cuius demonstratio
potissima est ex uirtute intelligendi que in eis
est. Videmus enim formas non esse intelligibiles
in actu nisi secundum quod separantur a materia
et a conditionibus eius, nec efficiuntur intelligibiles
15 in actu nisi per uirtutem substantie intelligentis,
secundum quod recipiuntur in ea et secundum
quod aguntur per eam. Vnde oportet quod in
qualibet substantia intelligente sit omnino immu-

91 in intellectu] intellecta Bo⁸Sy¹⁰ ab intellectu M¹⁰ 95 omnium cognitionem *inv.* M¹⁰V¹⁸ 97 relationem] *post* habet M¹⁰ rationem
Er¹N¹ 100 principio] primo M¹⁰N¹V¹⁸ 101 uniuersaliter *ante* in rebus B¹M¹⁰N¹V¹⁸ 102 Et] unde N¹V¹⁸ 109 uniuersalitate]
unitate N¹Sy¹⁰ 109 unitatem] uniuersaliter Bo⁸B¹M¹⁰V¹⁸ 143 illud] id Er¹Er² unum pBo⁸V¹⁸ 144 illud] id M¹⁰Sy¹⁰V¹⁸
149 absolutam suam *inv.* Er¹M¹⁰V¹⁸ 155 uel] et M¹⁰N¹
4. 2 anima] et *add.* E² et in *add.* N¹ in *add.* M¹⁰T¹V¹⁸ 5 forme...materie *inv.* B¹Er²V¹⁸ 10 separatas *post* materia Er²M¹⁰Sy¹⁰T¹

100 Averroes *De anima* I comm. 8 (p. 12 lin. 25). 102 Avicenna *Metaph.* V c. 2 (fol. 87 v). 108 Averroes *De anima* III comm. 5 (praeser-
tim pp. 399-413).

4. 7 Cf. Cl. Bacumker, *Avicennae (Ibn Gebirol) Fons vitae ex arabico in latinum translatus*, Monasterii 1895; praesertim tr. IV *De inquisitione
scientie materie et forme in substantiis simplicibus*. — « Quem multi sequuntur », ait Thomas *Super Sent.* II d. 5 q. 1 a. 1.

20 nitas a materia, ita quod neque habeat materiam partem sui, neque etiam sit sicut forma impressa in materia ut est de formis materialibus.

Nec potest aliquis dicere quod intelligibilitatem non impediatur materia quolibet, sed materia corporalis tantum. Si enim hoc esset ratione materie corporalis tantum, cum materia non dicatur corporalis nisi secundum quod stat sub forma corporali, tunc oporteret quod hoc haberet materia, scilicet impedire intelligibilitatem, a 30 forma corporali; et hoc non potest esse, quia ipsa etiam forma corporalis actu intelligibilis est sicut et alie forme, secundum quod a materia abstrahitur. Vnde in anima uel in intelligentia nullo modo est compositio ex materia et forma, ut hoc modo accipiat essentia in eis sicut in substantiis corporalibus. Sed est ibi compositio forme et esse; unde in commento none propositionis libri De causis dicitur quod intelligentia est habens formam et esse: et accipitur ibi forma 40 pro ipsa quiditate uel natura simplicis.

Et quomodo hoc sit planum est uidere. Quecumque enim ita se habent ad inuicem quod unum est causa esse alterius, illud quod habet rationem cause potest habere esse sine altero, sed 45 non conuertitur. Talis autem inuenitur habitudo materie et forme quod forma dat esse materie, et ideo impossibile est esse materiam sine aliqua forma; tamen non est impossibile esse aliquam formam sine materia, forma enim in eo quod 50 est forma non habet dependentiam ad materiam. Sed si inueniantur alique forme que non possunt esse nisi in materia, hoc accidit eis secundum quod sunt distantes a primo principio quod est actus primus et purus. Vnde ille forme que sunt 55 propinquissime primo principio sunt forme per se sine materia subsistentes, non enim forma secundum totum genus suum materia indiget, ut dictum est; et huiusmodi forme sunt intelligentie, et ideo non oportet ut essentie uel quiditates 60 harum substantiarum sint aliud quam ipsa forma.

In hoc ergo differt essentia substantie compositae et substantie simplicis, quod essentia substantie compositae non est tantum forma sed complectitur formam et materiam, essentia autem substantie 65 simplicis est forma tantum. Et ex hoc causantur

alie due differentie. Vna est quod essentia substantie compositae potest significari ut totum uel ut pars, quod accidit propter materie designationem, ut dictum est. Et ideo non quolibet modo predicatur essentia rei compositae de ipsa re 70 composita: non enim potest dici quod homo sit quiditas sua. Sed essentia rei simplicis que est sua forma non potest significari nisi ut totum, cum nichil sit ibi preter formam quasi formam recipiens; et ideo quocumque modo sumatur 75 essentia substantie simplicis, de ea predicatur. Vnde Avicenna dicit quod « quiditas simplicis est ipsummet simplex », quia non est aliquid aliud recipiens ipsam. Secunda differentia est quia essentie rerum compositarum ex eo quod 80 recipiuntur in materia designata multiplicantur secundum diuisionem eius, unde contingit quod aliqua sunt idem specie et diuersa numero. Sed cum essentia simplicis non sit recepta in materia, non potest ibi esse talis multiplicatio; et ideo 85 oportet ut non inueniantur in illis substantiis plura indiuidua eiusdem speciei, sed quot sunt ibi indiuidua tot sunt ibi species, ut Avicenna expresse dicit.

Φ = consensus codd. M⁸O¹⁵V¹

Bt Boston (Mass.), Public Libr. MS 1487
 Mc⁹ Montecassino 362
 P² Paris, Bibl. Sainte-Geneviève 238
 Wb¹⁰ Wolfenbüttel, Herzog-August-Bibl., 200 Gud. lat. 4^o

ω = consensus codd. Bt Mc⁹Wb¹⁰
 Ω = consensus codd. Bt Mc⁹Wb¹⁰P²

At Atri, Archivio Capitolare A. 8

<PROLOGVS>

Quia logica est rationalis scientia ad ratiocinandum inuenta, ratiocinari autem contingit recte et non recte, utrumque ad logici considerationem spectat : ut per rectam ratiocinationem ad ueri cognitionem perueniat, et falsam ratiocinationem uitando errorem falsitatis euitet. Vterque ratiocinandi modus competit uni homini et ad se ipsum et ad alium, nam et secum aliquis considerans potest recte et non recte ratiocinari, et cum alio conferens. Sed cum aliquis secum considerans ratiocinatur non recte, preter intentionem hoc accidit, quia nullus sui ipsius deceptionem intendit; cum autem ad alium aliquis ratiocinatur non recte, contingit quandoque ex intentione ratiocinantis, cum scilicet aliquis de altero intendit uel experimentum sumere, uel uictoriam habere ad sui gloriam.

Ratiocinatio autem que ad se ipsum est sillogismus solum dici potest, siue aliqua alia species argumentationis; sed ratiocinatio que est ad alterum non solum sillogismus dicitur uel argumentatio, sed etiam disputatio : uertitur enim inter duos, scilicet inter opponentem et respondentem. Et ideo de falsis ratiocinationibus tractaturi, primo a disputatione incipiendum est.

CAPITVLVM I

Est autem disputatio actus sillogisticus unius ad alterum ad propositum ostendendum. In hoc quod dicitur 'actus' tangitur genus disputationis. Per hoc quod additur 'sillogisticus' tangitur disputationis instrumentum, scilicet sillogismus, sub quo comprehenduntur alie disputationis species sicut imperfectum sub perfecto; et per hoc distinguitur disputatio ab

actibus corporalibus ut currere et comedere, et ab actibus uoluntatis ut amare et odire : nam per hoc quod dicitur 'sillogisticus' ostenditur actus esse rationis. Per hoc quod dicitur 'unius ad alterum' tanguntur persone opponentis et respondentis inter quos uertitur disputatio, ad differentiam ratiocinationis qua homo secum ratiocinatur. Per hoc autem quod dicitur 'ad propositum ostendendum' tangitur disputationis effectus, siue terminus aut finis proximus; et per hoc disputatio distinguitur a sillogismis exemplaribus qui non inducuntur ad aliquid ostendendum sed ad formam exemplificandam.

Disputationis uero quatuor sunt species, scilicet doctrinalis, dyaletica, temptatiua et sophistica, que alio nomine dicitur litigiosa. Doctrinalis siue demonstratiua est que ad scientiam ordinatur, procedens ex ueris et per se notis et propriis scientie de qua fit disputatio; et hec uertitur inter doctorem et addiscentem. Dyaletica uero disputatio est ex probabilibus procedens, ad opinionem tendens; probabilis autem dicuntur que uidentur omnibus uel pluribus uel sapientibus, et hiis autem omnibus aut precipuis et magis notis. Temptatiua uero disputatio est que ordinatur ad experimentum sumendum de aliquo per ea que uidentur respondentem. Sophistica uero disputatio est tendens ad gloriam, ut sapiens esse uideatur, unde dicitur sophistica apparens scientia; procedit autem ex hiis que uidentur uera seu probabilis et non sunt, uel simpliciter falsas propositiones assumendo que uidentur esse uera, uel in uirtute falsarum propositionum argumentando. Logicales enim argumentationes sunt in uirtute uerarum propositionum, scilicet maximarum, ex quibus tota uirtus argumentationis pendet; sicut ista argumentatio 'Sortes est homo, ergo Sortes est animal' procedit in uirtute huius propositionis : 'De quocumque predicatur species, et genus', que

Prolog. 1 scientia] et add. BtM¹⁰O¹⁰Wb¹⁰ 2 autem om. Mc⁸ Φ 7 et² om. BtP¹⁰M⁸ 8 et non recte hom. om. Φ 18 alterum] alium Wb¹⁰ Φ 19 uel AtBtMc⁸ sed est. sed] siue P⁸ uel Φ 21 Et ideo] unde O¹⁰V¹ om. M⁸
1. 3 genus disputationis At M⁸P⁸ inv. est. 4 additur] dicitur Mc⁸P⁸V¹ 9 uoluntatis] -tariis At O¹⁰Wb¹⁰ et om. BtO¹⁰P⁸Wb¹⁰
12 tanguntur] intelliguntur P⁸ 13 disputatio] et hoc ponitur add. P⁸ 19 formam] sillogisticam add. M⁸ sillogisticam ostendendam et add. P⁸ 22 dicitur] appellatur P⁸ 29 et hiis autem BtP⁸Wb¹⁰ aut est. 34 scientia] et non existens add. P⁸ 38 argumentando] arguendo P⁸V¹ om. M⁸ dub. O¹⁰ 38 Logicales] loicales Bt loycales Wb¹⁰ locales Mc⁸

1. 20 quatuor... : cf. Arist. *El. soph.* cap. 2 (165 a 38-39). 22 litigiosa : cf. Arist. *Topica* I c. 1 (100 b 23-24). 27 probabilis... : cf. ibid. (100 b 21-23). 34 apparens scientia : 'et non existens' addit Arist. *El. soph.* cap. 1 (165 a 21); cf. Petrus Hispanus *Summulae logicales* tr. VII n. 9 (ed. De Rijk, p. 91); *Summa Lamberti* (ed. Alessio, p. 141). 39 maximarum : cf. Boetius *De diff. topic.* I (PL 64, 1176 C et D). 43 De quocumque... : cf. Petrus Hisp. *Summulae* tr. V n. 13 (p. 64, 1-10).

est simpliciter uera. Sophistica autem sic argumentatur :
 45 'Est animal, ergo est homo', quasi in uirtute huius
 propositionis false : 'De quocumque predicatur genus,
 et species'.

CAPITVLVM II

Relictis autem aliis disputationibus, ad presens de
 hiis que ad sophisticam pertinent intendamus. Quia
 uero sophistica, ut dictum est, ad gloriam tendit uolens
 sapiens uideri, hoc autem consequi studet per hoc
 5 quod de aduersario cum quo disputat uictoriam habeat
 apparentem, quod quidem fit si ipsum ad aliquod
 inconueniens ducat : ideo terminus disputationis
 sophistice est aliquod inconueniens ad quod sophista
 nititur ducere respondentem ; et hoc dicitur meta, id
 10 est finis uel terminus. Vnde de duobus oportet
 tractare : primo de huiusmodi metis, secundo de modis
 argumentandi quibus sophiste ad metas respondentes
 ducere nituntur.

Sunt autem mete quinque : scilicet redargutio,
 15 falsum, inopinabile, soloecismus et nugatio. Redargutio
 est prenegati concessio uel preconcessi negatio in
 eadem disputatione uel argumentationis ; ut si respon-
 dens negauerit se carnes crudas comedisse et sophista
 contra argumentetur :

20 Quicquid emisti comedisti,
 carnes crudas emisti,
 ergo carnes crudas comedisti ;

si uel huius argumentationis respondens concedat quod
 prius negauerat, erit redargutus. Et talis modus
 25 argumentandi dicitur elenchus, si bonus sit syllogismus ;
 uel apparens elenchus, si uideatur et non sit aut
 syllogismus aut contradictio : est enim elenchus
 syllogismus contradictionis. Si autem non in eadem
 disputatione, uel non uel argumentationis sed propria
 30 uoluntate, aliquis neget concessum uel concedat
 negatum, non erit redargutus.

Falsum, secundum quod hic sumitur, est aliquod
 manifeste falsum quod respondens concedere cogitur
 uel sophistice argumentationis ; sicut hic :

35 Omnis canis est latrabilis,
 celeste sidus est canis,
 ergo celeste sidus est latrabilis.

Inopinabile est quod est contra communem opi-
 nionem. Differt autem a falso, quia aliquid est contra
 40 communem opinionem plurium, quod tamen non est
 falsum : sicut stellam esse maiorem terra, et aliquem

regem diuitem et fortunatum et felicem esse miserum
 et infelicem si sit peccator. Ad quod potest sophistic
 sic aliquis duci :

Quemcumque contingit aliquem hostem uincere 45
 est infelix, quia ille qui uincitur est infelix ;
 sed regem contingit aliquem hostem uincere, quia
 potest esse quod regem aliquis hostis uincat ;
 ergo rex est infelix.

Soloecismus est uitium in contextu partium orationis 50
 contra regulas artis grammatice factum, ut 'uir alba'
 et 'homines currit'. Et ad hoc potest aliquis duci
 sophistic sic :

Tu scis hoc,
 hoc autem est lapis, 55
 ergo tu scis lapis ;

quod grammatice non dicitur.

Nugatio est eiusdem et ex eadem parte inutilis
 repetitio, ut hic : 'homo homo currit'. Dico autem
 'ex eadem parte', quia si idem ponatur in subiecto
 60 et predicato, non erit nugatio, ut 'homo est homo'.
 'Inutilis repetitio' ponitur, quia si idem repetatur
 ad maiorem expressionem, non erit nugatio, ut cum
 dicitur : 'Deus, Deus meus'. Ad hoc potest aliquis
 duci sophistic sic : 65

Iste nasus est nasus simus,
 sed simus idem est quod nasus simus,
 ergo iste nasus est nasus nasus simus.

Et est attendendum quod ista inconuenientia respiciunt
 diuersas scientias. Nam redargutio est contra metha- 70
 phisicam, ad quam pertinet consideratio huius principii :
 contradictoria non sunt simul uera. Falsum est contra
 scientiam naturalem, que considerat res sensibiles in
 quibus ueritas est manifesta ; et similiter contra 75
 mathematicam, in qua est maxima certitudo. Inopinabile
 est contra dyaleticam, que procedit ex probabilibus
 que sunt secundum opinionem omnium uel plurium
 uel sapientum. Soloecismus est contra grammatice ;
 nugatio contra rethoricam, cuius est ornate loqui. Et
 sic dum in singulis scientiis ad inconuenientia sophista 80
 ducit, apparet circa omnia sciens esse.

CAPITVLVM III

Nunc restat uidere de modis argumentandi quibus
 sophista ad predicta inconuenientia ducere conatur.
 Est autem sciendum quod, sicut argumentatio dyaletica
 firmitatem habet ex loco uero, ita argumentatio
 5 sophistica apparentem firmitatem habet ex loco

2. 1-3 disputationibus...tendit om. M^a V¹ 1 ad presens] post intendamus At om. P^a (def. M^a V¹) 2 intendamus] uideamus P^a
 4 sapiens uideri inv. Φ 19 contra om. Mc^a P^a Wb¹⁰ argumentatur] -atur At Wb¹⁰ arguat M^a P^a 29 argumentationis] -enti M^a 30
 32 Falsum] autem add. Bt Mc^a Φ 39 Differt...plurium om. V¹ 41 esse maiorem inv. P^a V¹ 43 peccator] uictus P^a 48 regem...hostis
 Mc^a O¹⁰ V¹] var. inv. est. 45 hostem om. Φ 46 est infelix...uincere hom. om. P^a 47-49 sed...infelix hom. om. Φ 48 regem...hostis
 con. cum a Mc^a] rex aliquem hostem At Ω (def. Φ) 52 aliquis...sic P^a] var. inv. est. 60 in...predicato] ex parte subiecti et ex parte predi-
 cati P^a 64 meus P^a Wb¹⁰] respice etc. add. V¹ ad te de luce uigilo add. At respice in me add. est. aliquis...sic P^a Wb¹⁰] var. inv. est.
 70 methaphisicum ad quem At Wb¹⁰ M^a V¹ 73 res] formas M^a V¹ 76 dyaleticam...secundum om. Φ
 8. 1 Nunc] autem add. P^a Wb¹⁰ argumentandi At Bt V¹] arguendi Mc^a P^a om. Wb¹⁰ argu^{di} est. 5 apparentem...habet om. P^a

2. 14 mete quinque... : cf. Arist. *El. soph.* cap. 3 (165 b 13 sqq.). 27 elenchus... : cf. *El. soph.* cap. 6 (168 a 36-37).

apparenti. Locus autem uerus, firmitatem dyaletice argumentationi prestans, est habitudo inferentis ad illatum que dicitur differentia maxime, ut genus et species, totum et pars; ex qua habitudine ueritas maxime propositionis oritur super quam fundatur firmitas dyaletici argumenti, sicut ex habitudine speciei ad genus sumitur hec maxima: 'De quocumque predicatur species, et genus', ex qua hoc argumentum confirmatur: 'Sortes est homo, ergo Sortes est animal'.

Et similiter locus sophisticus consistit in habitudine inferentis ad illatum, ex qua sumitur aliqua regula falsa, sed apparens uera, secundum quam procedit sophisticum argumentum; sicut cum dicitur:

Cognosco uenientem,
ueniens est Coriscus,
ergo cognosco Coriscum.

Hic enim proceditur ab accidente ad subiectum, scilicet a ueniente ad Coriscum, secundum uirtutem huius maxime: 'Quicquid est uerum de accidente, et de subiecto'; que quidem maxima falsa est propter diuersitatem accidentis et subiecti, uidetur tamen esse uera propter conuenientiam utriusque.

Vnde ad locum sophisticum predictum duo concurrunt. Vnum quod est causa apparentie, quia facit argumentum apparere bonum; et dicitur etiam principium motuum, quia mouet hominem ad hoc ut argumento sophistico assentiat: et hoc est in predicto argumento unio accidentis ad subiectum. Aliud est principium defectus, quia scilicet facit defectum necessitatis in argumento; et uocatur etiam causa non existentie, que in predicto argumento est diuersitas subiecti et accidentis. Ex hiis autem duobus contingit hominem falli, quia scilicet apparet aliquid et non est; unde locus sophisticus alio nomine fallacia dicitur, quia scilicet est causa fallendi quantum est de se, licet aliquis per ipsum non fallatur in actu nisi ignorantia adueniente.

Sicut autem loci dyaletici distinguuntur penes diuersas habitudines ex quibus maxime et argumenta ipsa sumuntur, ita loci sophistici siue fallacie distinguuntur penes principia motiua ex quibus apparet esse firmitas in sophisticis argumentis. Hoc autem contingit dupliciter. Vno modo ex parte uocis, quando propter unitatem uocis creditur esse unitas rei significate per uocem; sicut ea que per hoc nomen 'canis' significatur, unum esse uidentur quia hoc nomen

'canis' est unum. Alio modo ex parte rei, ex eo quod aliquae res que aliquo modo conueniunt simpliciter unum esse creduntur, sicut supra dictum est de subiecto et accidente.

CAPITVLVM IV

Locorum igitur sophisticorum siue fallaciarum quedam sunt in dictione, quedam extra dictionem. In dictione quidem locus sophisticus siue fallacia est quando principium motuum siue causa apparentie est ex parte uocis, extra dictionem quando ex parte rei est. Ex parte autem uocis est principium motuum, siue causa apparentie, ex eo quod una uox multa significat: quod contingit propter uocis multiplicitatem. Est autem multiplex triplex: scilicet actuale, potentiale et fantasticum. Actuale, quando una uox nullo modo uariata multa significat; et hoc quidem si sit in una dictione dicitur equiuocatio, ut in hoc nomine 'canis'; si sit in oratione dicitur amphibolia, ut 'liber Aristotilis', id est ab Aristotile factus uel possessus. Multiplex uero potentiale est quando una uox aliquo modo secundum prolationem uariata multa significat; quod quidem est in dictione secundum accentum, ut 'pendere', secundum quod graui uel acuto accentu profertur, diuersa significat; in oratione uero est secundum compositionem et diuisionem, ut 'duo et tria sunt quinque': hoc enim diuersa significat composite et diuisim prolata. Fantasticum uero, id est apparens, multiplex est quando una dictio secundum rei ueritatem unum significat, sed uidetur aliquid aliud significare, sicut hoc nomen 'homo' significat quale quid et uidetur significare hoc aliquid, ut dicitur in Predicamentis: et hoc dicitur figura dictionis, quasi dictionis similitudo. Sunt igitur sex loci in dictione: equiuocatio, amphibolia, accentus, compositio et diuisio, et figura dictionis.

CAPITVLVM V

Primo igitur dicendum de equiuocatione.

Est autem equiuocatio unius et eiusdem nominis diuersa significatio. Fallacia autem equiuocationis est deceptio proueniens ex eo quod unum nomen plura

8 et om. Mc³ Φ 9 qua] quorum Φ 10 propositionis] proportionis At P³V¹ super] supra Φ 11 firmitas] ueritas At Ω
17 aliqua con. cum Mc³] alia cet. 18 procedit] conceditur Φ 19 dicitur] dico At P³ 30 quia] que M³P³ 37 que] quia P³V¹Wb¹⁰
39 et] quod Φ 42 licet] hoc est Φ 45 maxime...sumuntur] causatur firmitas in dyaleticis argumentis Φ 46 siue fallacie om. Φ
47 principia motiua] diuersas habitudines Φ 50 creditur...unitas] causa dicitur unitas a parte P³ 54 que P³Wb¹⁰] quia O³V¹ licet At
om. cet. 54 aliquo modo] in aliquo Φ
4. 2 quidam...quidam At BtMc³O¹ 4-7 est...apparentie hom. om. P³ 8 propter] per sAt Mc³ Φ 13 amphibolia Mc³V¹] -bologia
At Bt amphi³ cet. 14 factus] uel praem. Mc³O¹V¹ 17 est M³P³Wb¹⁰] post dictione cet. 19 est om. Φ 24 uidetur post significare Φ
30 et² M³O¹P³] om. cet.
5. 1 Primo] prius Wb¹⁰ primum Φ igitur] quidem Mc³ om. P³

3. 8 differentia maxime...: cf. Petrus Hisp. *Summulae* tr. V n. 4 (p. 59).
(p. 98). 36 causa non existentie: cf. ibid.

4. 1-2 Locorum...dictionem: cf. Arist. *El. soph.* cap. 4 (165 b 23).
Summulae tr. VII n. 25 (p. 97). 27 Arist. *Categ.* cap. 5 (3 b 15-16).

31 principium motuum: cf. Petrus Hisp. *Summulae* tr. VII n. 27

9 Est...multiplex triplex: 'ut uult Alexander', sec. Petrus Hisp.
28 sex loci...: cf. Arist. *El. soph.* cap. 4 (165 b 26-27).

significat. Principium autem motuum siue causa
apparentie in equiuocatione est unitas dictionis eiusdem
simpliciter, quod dicitur ad differentiam accentus, in
quo non est dictio una simpliciter sed solum in
potentia; principium autem non existentie est diuersitas
rerum significatarum.

Species autem siue modi equiuocationis sunt tres.
Prima species est quando una dictio principaliter
plura significat, ut hoc nomen 'canis' principaliter
significat latrabile, marinum et celeste sidus. Et
formatur sic paralogismus, id est apparens sillogismus:
Omnis canis est latrabilis,
celeste sidus est canis,
ergo celeste sidus est latrabile.

Solutio: non sequitur, quia hoc nomen 'canis' aliud
significat in prima, aliud in secunda, secundum quod
utraq; accipitur uera; et sic non est uerus sillogismus,
cum non sit idem medius terminus. Si autem accipiat
ut idem significans in utraque, sic altera premissarum
est falsa.

Sicut autem oportet in sillogismo idem medium
bis sumi in premissis, ita oportet duas extremitates
bis sumi in sillogismo: semel in premissis et semel
in conclusione. Vnde eadem ratione potest fieri
paralogismus si sit equiuocatio in altera extremitate,
ut hic:

Gramatici discunt,
gramatici sunt scientes,
ergo scientes discunt.

'Discere' enim equiuocum est: nam uno modo
discere idem est quod intelligere docentem, et sic
scientes discunt; alio modo discere idem est quod
accipere scientiam, et hoc modo non discunt scientes.

Secunda species est quando unum nomen princi-
paliter unum significat, et aliud methaphorice siue
transumptiue: sicut hoc uerbum 'ridet' principaliter
significat actum proprium hominis, methaphorice siue
transumptiue significat prati floritionem; et formatur
sic paralogismus:

Quicquid ridet habet os,
pratum ridet,
ergo pratum habet os.

Vel sic:

Quicquid currit habet pedes,
fluius currit,
ergo habet pedes.
Non ualet, quia 'ridet' et 'currit' primo sumuntur
proprie et postea transumptiue.

Ad hanc speciem reducitur multiplicitas nominum

analogorum que dicuntur secundum prius et posterius,
sicut sanum dicitur de animali, urina et dieta. Et
formatur sic paralogismus:

Omne sanum habet uitam,
urina est sana,
ergo urina habet uitam.

Non ualet, quia sanum primo sumitur pro eo
quod principaliter significat, scilicet habere sanitatem,
secundo pro eo quod posterius significat, scilicet
significare sanitatem.

Ad hanc etiam speciem reducitur multiplicitas
prepositionum, quia prepositio unam habitudinem
significat per prius, aliam per posterius; et formatur
sic paralogismus:

In quocumque est sanitas, illud est animal,
sed sanitas est in humorum adequatione,
ergo humorum adequatio est animal.

Non sequitur, quia hec prepositio 'in' primo significat
habitudinem accidentis ad subiectum, secundo habi-
tudinem effectus ad causam.

Tertia species est que provenit ex diuersa consigni-
ficatione, que quidem attenditur secundum accidentia
partium orationis, sicut secundum tempus, numerum,
genus et similia; et formatur paralogismus sic:

Quicumque surgebat stat,
sedens surgebat,
ergo sedens stat.

Non sequitur, quia 'sedens' in minori sumebatur
prout est temporis preteriti imperfecti, in conclusione
uero prout est temporis presentis.

CAPITVLVM VI

Sequitur de amphibolia.

Sicut autem equiuocatio provenit ex eo quod dictio
penitus eadem plura significat, ita amphibolia ex eo
quod oratio penitus eadem plura significat. Vnde
dicitur amphibolia ab amphi, quod est dubium, et
bole, quod est sententia: quasi dubia sententia
locutionis; uel secundum quosdam dicitur ab amphi,
quod est dubium, et bole, quod est sententia, et logos,
quod est sermo: unde amphibologia, quasi dubia
sententia sermonis. Fallacia uero amphibolie est
deceptio proveniens ex eo quod una oratio penitus
eadem plura significat; et dico 'penitus eadem' ad
differentiam orationis que composita et diuisa plura
significat. Causa apparentie siue principium motuum
in amphibolia est unitas orationis plura significantis;

8 una] uera At ante dictio P^oWb¹⁰ 15 id...sillogismus om. At Mc^oWb¹⁰ 20 prima] et add. Wb¹⁰ Φ 29 extremitate O¹⁰P¹⁰V¹⁰
-tatum est. 40 transumptiue At P^oWb¹⁰ ex transumptione est. 49 fluius] aqua At tiber Bt secana M^oMc^o naus P^o padus Wb¹⁰
53 hanc] etiam add. BcM^oWb¹⁰ autem add. V¹⁰ 58 urina M^oP^oV¹⁰ hec praeem. est. 71 primo] in prima Wb¹⁰ in primo Φ signifi-
cat Wb¹⁰ Φ 72 secundo P^oWb¹⁰ in secunda(-do V¹⁰) est. 77 paralogismus] post sic Bt Φ om. P^o 82 prout] ut Wb¹⁰ secundum
quod Mc^o Φ

6. 1 Sequitur At M^oP^o uidere add. est. amphibolia Φ] amph^o P^o -boloya Wb¹⁰ -bologia est. (et sic fere deinceps) 7 uel BtP^o
unde et est. 7 dicitur At P^oWb¹⁰ amph^o add. est. 9 amphibologia scripsit amph^o eod. quasi...amphibolie hom. om. Φ 11 deceptio
proueniens om. P^o Φ una oratio inv. Φ

8. 34 'Discere'...equiuocum est: cf. Arist. *El. soph.* cap. 4 (165 b 32-34).

causa uero non existentie siue principium defectus est diuersitas significationis.

Sunt autem amphibolie tres species. Prima prouenit ex eo quod aliqua oratio una principaliter plura significat, manente eadem constructione, propter diuersam habitudinem constructorum: sicut hec oratio 'liber Aristotilis' plura significat, licet semper eodem modo iste due dictiones construantur; sed tamen propter diuersam habitudinem diuersa significat: potest enim intelligi secundum habitudinem effectus ad causam, uel possessi ad possidentem. Et formatur sic parallogismus:

Quicquid est Aristotilis possidetur ab Aristotile, sed iste liber est Aristotilis, ergo possidetur ab Aristotile.

Non sequitur, quia primo construebatur nominatiuus cum genitiuo in habitudine possessionis ad possidentem, secundo in habitudine effectus ad causam.

Secunda species prouenit ex eo quod una oratio plura significat propter diuersam partium constructionem, ex eo quod aliqua dictio potest construi cum alia transitue uel intransitue, sicut hic:

Quicquid uidet aliquis, hoc uidet, sed columpnam uidet aliquis, ergo columpna uidet.

Non sequitur, quia li 'hoc' construitur uno modo cum hoc uerbo 'uidet' transitue, et est accusatiui casus; et sic est uera, et est sensus quod qui uidet rem aliquam uidet illam. Alio modo potest construi intransitue, et est nominatiui casus; et sic est falsa, et est sensus: Qui uidet rem aliquam, illa res uidet. Et sic procedit conclusio.

Similiter hic:

Quoscunque uolo me accipere, uolo quod ipsi accipiant me, sed uolo me accipere pugnantes, ergo uolo quod pugnantes accipiant me.

Non sequitur, quia li 'me' potest construi cum hoc uerbo 'accipere', transitue uel intransitue; et in uno sensu est uera, et in alio falsa. Similiter hic:

Quicunque sunt episcopi sunt homines, sed isti asini sunt episcopi, ergo isti asini sunt homines.

Non sequitur, quia minor est duplex ex eo quod li 'episcopi' est nominatiui casus et potest construi intransitue, et sic est falsa; uel potest construi transitue et est genitiui casus, et sic est uera. Et est attendendum quod diuersitas casuum pertinet ad

fallaciam amphibolie, quia casus accidit dictioni secundum quod construitur cum alia dictione; diuersitas uero aliorum accidentium pertinet ad equiuocationem, quia alia accidentia accidunt dictioni secundum quod in se consideratur.

Tertia species est quando una oratio significat unum principaliter et aliud transumptiue; sicut hec oratio 'litis aratur' principaliter et proprie significat litoris scissionem, transumptiue uero significat operis amissionem. Et formatur sic parallogismus:

Quandocumque litus aratur, terra scinditur; sed quando indocilis docetur litus aratur, ergo terra scinditur.

Non sequitur, propter multipliciter predictam.

CAPITVLVM VII

Sequitur de fallacia compositionis et diuisionis. In quibus quidem, sicut supra dictum est, deceptio prouenit ex potentiali multiplicitate unius orationis. Dicitur autem una oratio potentialiter multiplex ex eo quod eodem dictiones diuersimode ad inuicem componi possunt, uel ab inuicem distingui: sicut cum dicitur 'quicquid uiuit semper est', hec dictio 'semper' potest componi cum hoc uerbo 'uiuit' uel diuidi ab eodem. Et quia oratio per compositionem partium constituitur, ipse partes se habent ad orationem sicut materia, compositio uero sicut forma; ubi sunt ergo eodem partes sed non eadem compositio, est eadem oratio materialiter et potentialiter, sed non formaliter et actualiter: et propter hoc est multiplex potentialiter, quia oratio que est una potentialiter plura significat. Et in hoc differunt iste fallacie ab amphibolia, quia in amphibolia semper idem componitur cum eodem, licet non uniformiter; unde est eadem compositio, et per consequens oratio formaliter et actualiter una, et multiplex actuale.

Differunt autem hee due fallacie, scilicet compositionis et diuisionis, quia quando oratio in sensu composito est falsa, est fallacia secundum compositionem; quando in sensu diuiso est falsa, est fallacia diuisionis. Causa igitur apparentie siue principium motuum in utraque est unitas potentialis orationis plura significantis; causa uero non existentie, siue principium defectus, est diuersitas significationis secundum quod intelligitur composita uel diuisa.

18 Prima McP²Wb¹⁰] species add. est. 28 possidetur M²McP²] est possessum est. 30 possidetur McP²] est possessus est. 33 secundo] in praem. Wb¹⁰ Φ 34-68 2am speciem post 3am exponit V¹ 41 li] pronomen Wb¹⁰ om. At BtMc² 45 est] sic praem. At McP² 46 sensus] quod add. At McP²Wb¹⁰ 50 accipiant] capiant At BtV¹ 51 me om. At Φ 53 li] hoc quod est Mc² hoc pronomen Bt om. At Wb¹⁰ 59 li] hoc quod dico Mc² om. BtWb¹⁰ 60 est] potest esse BtP² 62 et...casus] esse genitiui et (ante construi) P² 64 accidit] -dunt At McP²Wb¹⁰ 71 et proprie om. At BtP² 76 ergo] quando indocilis docetur add. At McP²Wb¹⁰ 7. 1 In...deceptio] deceptio in hac fallacia M² In quibus] que McP²Wb¹⁰ 2 deceptio prouenit] est deceptio proueniens McP² prouenit Wb¹⁰ 10 ipse] et ipse Φ om. Bt 14 et² om. Φ 24 quando P²] uero add. Φ autem add. est. 25 diuisionis At O¹P²] secundum diuisionem est. 25 igitur] autem BtMc² om. P²

6. 40 columpna uidet: cf. *El. soph.* cap. 4 (166 a 9-10). 51 uolo...pugnantes: cf. *ibid.* (166 a 6-7).
7. 2 supra: cf. 4, 15-22.

30 Sunt autem tres modi siue tres species utriusque fallacie. Primus modus est quando aliquod dictum potest supponere uerbo ratione totius uel ratione partis. Si enim ratione totius supponit uerbo, erit oratio composita; si ratione partis, erit oratio diuisa.

35 Et tunc si in sensu composito oratio est falsa, est fallacia compositionis; si autem in sensu diuiso, erit fallacia diuisionis; si autem in neutro, nulla fallacia est: quod et in aliis multiplicibus est intelligendum. Et formatur sic paralogismus:

40 Quemcumque possibile est esse album, possibile est quod ipse sit album; sed nigrum possibile est esse album, ergo possibile est quod niger sit albus.

Non ualet, quia istud dictum 'nigrum esse album' potest supponere dupliciter ei quod dicitur 'est possibile'. Vel ratione subiecti, et tunc possibilitas attribuitur subiecto dicti et est modalis de re, et tunc est diuisa et uera: est enim sensus quod ille qui est niger habet potestatem quod sit albus. Vel potest supponere ratione totius dicti, et sic est modalis de dicto, et est composita et falsa: est enim sensus quod hoc dictum 'album esse nigrum' sit possibile, unde est fallacia compositionis.

Potest etiam sic formari paralogismus:

55 Quemcumque esse nigrum est impossibile, ipse non potest esse niger; sed album esse nigrum est impossibile, ergo albus non potest esse niger.

Non ualet, quia media est duplex, sicut supra dictum est; et in sensu composito est uera, et in sensu diuiso est falsa: unde est fallacia diuisionis.

Secundus modus prouenit ex eo quod aliquod predicatum, in quo per coniunctionem copulatiuam uel disiunctiuam plura adunantur, potest attribui subiecto coniunctim uel diuisim: si coniunctim, oratio est composita; si diuisim, oratio est diuisa. Et tunc si in sensu composito est falsa, est fallacia compositionis; si uero in sensu diuiso est falsa, est fallacia diuisionis, ut patet in hiis paralogismis:

70 Quicumque numerus componitur ex duobus et tribus, est duo et tria, sed quinque non sunt duo et tria, ergo quinque non componitur ex duobus et tribus.

Non ualet; media enim est duplex ex eo quod illud predicatum 'duo et tria' potest intelligi remoueri a subiecto diuisim, et sic est uera: est enim sensus quod quinque non sunt duo nec sunt tria. Vel potest remoueri coniunctim, et sic est falsa: est enim sensus

quod duo et tria simul coniuncta non sunt quinque; et in hoc sensu procedit conclusio, unde est fallacia compositionis. Vel potest formari sic:

Quicumque sunt duo et tria sunt duo, sed quinque sunt duo et tria, ergo quinque sunt duo.

Hic similiter minor est duplex; sed in sensu composito est uera, in sensu diuiso est falsa: unde est fallacia diuisionis.

Similiter est si in predicato ponatur coniunctio disiunctiua sicut hic:

Omne animal est rationale uel irrationale, sed non omne animal est rationale, ergo omne animal est irrationale.

Non ualet, nam prima est duplex ex eo quod predicatum potest coniunctim attribui subiecto, et sic est composita et uera: est enim sensus quod de quolibet animali est uerum dicere quod est rationale uel irrationale. Vel potest attribui diuisim, et sic est falsa; est enim sensus quod altera istarum propositionum est uera: 'Omne animal est rationale' uel 'Omne animal est irrationale', cum tamen utraque sit falsa; et tunc est fallacia diuisionis. Potest etiam formari sic:

Quod non est rationale uel irrationale, neque est rationale neque irrationale, sed non omne animal est rationale uel irrationale, ergo aliquod animal est neque rationale neque irrationale.

Non sequitur, nam minor est hic in sensu diuiso uera, et in sensu composito falsa; unde est fallacia compositionis.

Et sciendum quod quando predicatum comparatur ad subiectum coniunctim, tunc coniunctio coniungit terminos; et sic accipitur in ui unius propositionis, quia duo termini coniunctim accepti sumuntur ut unum predicatum, et cum simul attribuuntur subiecto subiectum etiam est unum: ex uno autem subiecto et uno predicato fit una oratio. Quando uero termini in predicato positi, copulato uel disiuncto, diuisim subiecto attribuuntur, sic accipiuntur ut duo predicata, et per consequens ut duo subiecta eis correspondentia; et sic intelliguntur quasi due orationes per coniunctionem copulatiuam uel disiunctiuam.

Tertius modus est quando una dictio potest coniungi diuersis dictionibus in locutione positus. Est autem tunc secundum hoc composita quando coniungitur cum dictione cui magis apparet uel apta est coniungi, diuisa uero quando ab ea diuiditur; sicut in hoc paralogismo:

33 supponit] -nat M^oMc^oV¹ 36 erit Bt^o] est At Wb¹⁰ om. est. 38 multiplicatibus Bt^o Φ 39 sic paralogismus inu. Mc^o Φ
45 dupliciter om. At Ω dicitur om. Bt^oV¹ 49 quod] ut At Mc^oWb¹⁰ ut ipse M^o 50 modalis] una praem. Mc^o Φ modalis...
et est hom. om. P^o 73 componitur] -untur O¹⁰P^oV¹ 75 intelligi] et add. Wb¹⁰ om. At Bt^oV¹ 88 Similiter At P^oWb¹⁰] simile est.
94 coniunctim post subiecto Bt^oWb¹⁰ 100 tunc At P^o] sic Φ ideo est. 101 sic] paralogismus add. At Bt^oM^o 105 est neque
M^oP^oV¹] inu. est. 107 est post diuiso At Ω 108 falsa] est falsa At Mc^oO¹⁰Wb¹⁰ 110 Et est sciendum At Ω 114 attribuuntur
-untur M^oP^oV¹ -untur O¹⁰ -untur At Bt^o 115 est M^oP^oV¹] erit est. 119 respondentia Φ 123 Est] erit At Ω 124 tunc] post
hoc Mc^o om. At Bt^oWb¹⁰

47-51 modalis de re...de dicto: cf. *De prop. modalibus* 42 sqq. (infra p. 421).

Quod potest unum solum ferre,
 potest plura ferre;
 130 sed quod potest unum solum ferre,
 non potest nisi unum ferre;
 ergo quod non potest nisi unum ferre,
 plura potest ferre.

Non ualet, nam prima est duplex ex eo quod hec
 135 dictio 'solum' potest coniungi cum hac dictione
 'potest', cum qua magis uidetur coniungi; et sic
 est composita et falsa: est enim sensus quod qui
 non potest portare nisi unum pondus potest portare
 plura. Vel potest diuidi ab hoc uerbo 'potest' et
 140 coniungi cum hac dictione 'unum', et sic est diuisa
 et uera: est enim sensus quod ille qui potest portare
 unum solum pondus, potest portare plura quandoque.
 Vnde est fallacia compositionis. Item:

Quicquid uiuit semper est,
 145 sed iste asinus uiuit,
 ergo semper est.

Non sequitur, nam prima est duplex ex eo quod hoc
 aduerbium 'semper' potest construi cum hoc uerbo
 'est', cum quo magis uidetur componi, et sic est
 150 composita et falsa; uel diuidi ab eo et componi cum
 hoc uerbo 'uiuit', et sic est diuisa et uera. Vnde est
 fallacia diuisionis. E contrario uero est fallacia
 diuisionis in hiis parallogismis:

Quocumque uidet hunc percussus,
 155 hoc percussus est hic,
 oculo uidet hunc percussus,
 ergo oculo percussus est hic.

Non sequitur, quia minor est duplex ex eo quod iste
 ablatiuus 'oculo' potest componi cum hoc uerbo
 160 'uidet', de quo magis uidetur, et sic est composita
 et uera; uel diuidi ab eo et componi cum hoc participio
 'percussus', et sic est diuisa et falsa. Et sic est
 fallacia diuisionis. Item:

Quicumque est hodie natus,
 165 hodie primo cepit esse;
 sed tu es hodie natus, constat enim
 quod hodie es, et es natus;
 ergo hodie cepisti esse.

Minor est duplex ex eo quod hoc aduerbium 'hodie'
 170 potest componi cum hoc uerbo 'es', et sic est
 composita et uera; uel cum hoc participio 'natus',
 et sic est diuisa et falsa.

Et notandum quod obliqui et aduerbia magis

uidentur determinare uerbum quam participium, et
 uerbum principale magis quam secundarium quod
 175 implicatur in subiecto. Cum enim dicitur 'quicumque
 currit mouetur', 'mouetur' est uerbum principale,
 'currit' secundarium in subiecto implicatum.

CAPITVLVM VIII

Sequitur de fallacia accentus.

Accentus autem prout hic sumitur est modus
 pronunciandi aliquam dictionem. Fallacia accentus
 est deceptio proueniens ex eo quod aliqua dictio
 diuersimode pronunciata diuersa significat. Sicut enim
 5 in fallacia secundum compositionem et diuisionem
 est eadem oratio materialiter, diuersificata formaliter
 secundum compositionem et diuisionem, ita in hac
 fallacia est eadem dictio materialiter, formaliter diuersi-
 ficata secundum diuersum modum pronunciandi; et
 10 ideo sicut ibi est potentialis multiplicitas orationis,
 ita est hic potentialis multiplicitas dictionis. Causa
 apparentie in hac fallacia est materialis unitas dictionis;
 causa uero non existentie est diuersitas significationis,
 scilicet dictionis diuersimode prolatae.

Sunt autem quatuor modi huius fallacie, secundum
 quod quatuor modis contingit diuersificari modum
 pronunciandi dictionem. Primo namque modo uariatur
 per diuersos tonos siue accentus, qui sunt tres: acutus,
 20 grauis et circumflexus. Acutus accentus siue tonus est
 qui acuit siue eleuat sillabam; sicut cum dicitur
 'Martinus', media sillaba acuitur siue eleuatur. Grauis
 uero accentus est qui deprimit sillabam et deponit,
 sicut patet in media sillaba huius nominis 'dominus',
 uel ultima huius nominis 'Lucas'. Circumflexus
 25 accentus est qui acuit sillabam et deponit.

Primus ergo modus huius fallacie prouenit ex eo
 quod aliqua dictio potest pronunciari graui, acuto uel
 circumflexo accentu, ut patet in hoc parallogismo:

Quoscumque iustum est pendere,
 30 iustum est pati penam,
 sed bonos uiros iustum est pendere,
 ergo bonos uiros iustum est pati penam.

Non sequitur, quia in prima 'pendere' sumebatur
 prout profertur acuto accentu; in secunda, prout
 35 profertur graui accentu, et sic idem est pendere quod
 donare.

129 potest plura *inv.* Φ 130 solum P¹] *var. transf. est.* 142 quandoque] quando uult Mc² ante plura Wb¹⁰ post uiuit(145) Φ 144 est
 M²O¹²P²] *crit. est.* 146 est O¹²P²Wb¹⁰] *crit. est.* 149 est¹ M²O¹²P²] *crit. est.* 152 uero Mc²O¹²P²] *om.* Bc autem *est.* 158 quia
om. Mc² Φ ex *om.* BcMc²O¹²V¹ 160 de quo] quod Φ 169 Minor] non sequitur quia *praem.* At BcWb¹⁰
 8. 6 in *om.* M²V¹Wb¹⁰ 7 formaliter...diuisionem] secundum formam Φ 8 in...est] est hic Φ hac] ista P² 9 formaliter
om. Wb¹⁰ Φ 15 scilicet] post dictionis P² idest M²O¹²Wb¹⁰ prolata] pronunciate At P² pronunciate uel *praem.* Wb¹⁰ 16 secundum
 quod] quia M²Mc²V¹ 18 modo P²V¹] *om. est.* 19 tres] scilicet *add.* At M²V¹Wb¹⁰ 21-23 sicut...deponit *boni. om.* Mc² 22 media...
 siue] in quo media sillaba At BcWb¹⁰(*def.* Mc²) 25 Circumflexus] autem *add.* At Wb¹⁰ uero *add.* Mc²O¹²V¹ 27 fallacie] est qui *add.* At
 BcWb¹⁰ 28 acuto...accentu] aliquo accentuum predictorum P² 32-33 bonos...bonos] iustos...iustos At P² 33 pati penam *inv.* P²V¹
 35 prout¹] media sillaba eius *add.* P²

128 unum solum ferre...: cf. Arist. *El. soph.* cap. 4 (166 a 31-32).

8. 17 quatuor modis...: cf. Priscianus *Inst. gramm.* II n. 12 (ed. M. Hertz, in H. Heil *Grammatici latini*, t. 2, Lipsiae 1855, p. 51).
 sunt tres...: cf. Priscianus *De accentibus liber* n. 2 (ed. H. Heil *Grammatici latini*, t. 3, Lipsiae 1860, p. 519).

19 qui

CAPITVLVM IX

Secundo modo variatur modus pronunciandi dictiones secundum diuersa tempora : que sunt duo, scilicet productio ut in sillaba longa, correptio ut in sillaba breui. Secundus ergo modus prouenit ex eo quod aliqua sillaba alicuius dictionis potest corripui uel produci, ut patet in hoc paralogismo :

Omnis populus est arbor,
sed aliqua gens est populus,
ergo aliqua gens est arbor.

Non sequitur, quia hec dictio 'populus' aliud significat secundum quod eius prima sillaba producit, sic enim significat arborem quandam; et aliud secundum quod corripitur, sic enim significat gentem.

Tertio modo variatur modus pronunciandi in dictione secundum diuersitatem spiritus, qui quidem diuiditur secundum asperum et lenem. Asper quidem spiritus designatur per hanc figuram h; lenis uero spiritus est quando sine aspiratione sillaba profertur. Tertius ergo modus huius fallacie prouenit ex eo quod aliqua dictio potest leniter uel aspere proferri, ut patet in hoc paralogismo :

Quicquid hamatur hamo capitur,
sed uinum amatur,
ergo uinum hamo capitur.

Non sequitur, quia primo hoc uerbum 'hamatur' profertur aspere, et postea leniter. Similiter hic :

Omnis ara est in templo,
stabulum porcorum est hara,
ergo stabulum porcorum est in templo.

Non sequitur, quia hoc nomen 'ara' primo profertur leniter, postea aspiratur.

Quartus modus prouenit ex eo quod aliquid potest pronuciari ut una dictio, uel ut plures; ut hic :

Tu es qui es,
sed quies est requies,
ergo tu es requies.

Non sequitur, quia primo hoc quod dico 'qui es' sumitur ut oratio, postea ut una dictio. Similiter hic :

Quicquid fecit Deus inuite, fecit inuitus;
racemos fecit in uite,
ergo racemos fecit inuitus.

Non sequitur, nam primo hoc quod dico 'inuite' sumitur ut una dictio, postea ut plures.

Patet ergo ex dictis quod accentus, secundum quod ab eo denominatur hec fallacia, communior est quam accentus qui diuiditur per grauem et acutum; comprehendit enim sub se et hunc accentum et alia tria, ut dictum est.

Sequitur de fallacia figure dictionis.

Figura autem dictionis, prout hic sumitur, nichil aliud est quam similitudo unius dictionis cum altera, sicut dicitur ad figuram alterius factum quod ei assimilatur. Vnde fallacia figure dictionis est deceptio proueniens ex eo quod aliqua dictio, similis alteri dictioni, uidetur eundem modum significandi habere, cum tamen non habeat : sicut hec dictio 'homo' uidetur significare hoc aliquid propter similitudinem quam habet cum nominibus significantibus particulares substantias. Et sic patet quod in hac fallacia non est multiplex uerum sed fantasticum, quia dictio non significat plura secundum rei ueritatem, sed habet unum modum significandi et uidetur habere alium. Causa apparentie in hac fallacia est similitudo unius dictionis cum alia dictione; causa uero non existentie est diuersus modus significandi.

Sunt autem tres modi huius fallacie. Primus modus prouenit ex eo quod dictio que significat masculinum assumitur ac si significaret femininum uel neutrum, aut e conuerso; ut patet in hoc paralogismo :

Quicumque coloratur albedine est alba,
sed Catelina coloratur albedine,
ergo Catelina est alba.

Non sequitur, quia Catelina cum sit nomen uiri non significat femininum, licet uideatur propter similitudinem cum nominibus femininis; unde non debet sumi sub distributio feminino. Vel sic :

Omnis substantia colorata albedine est alba,
uir est substantia colorata albedine,
ergo uir est alba.

Non sequitur, quia hic mutatur masculinum in femininum.

Secundus modus prouenit ex eo quod aliqua dictio, que significat per modum unius predicamenti, uidetur significare per modum alterius; sicut hic :

Quicquid heri uidisti hodie uides,
album heri uidisti,
ergo album hodie uides.

Non sequitur, quia hic mutatur quid in quale. Vel sic :

Quantumcumque emisti comedisti,
sed crudum emisti,
ergo crudum comedisti.

Non sequitur, quia hic mutatur quantum in quale. Vel sic :

38 dictiones ω] -nem V¹ in dictione P² -nis est. 40 productio...correptio] productum...correptum Wb¹⁰ Φ 41 ergo O¹⁰P²V¹] om. est.
48 eius prima P²V¹Wb¹⁰] im. est. 61 uinum om. At M²O¹⁰ 65 hara sM²O¹⁰Wb¹⁰] ara est. 67 primo Bt²P²Wb¹⁰] ante hoc est.
75 Similiter] et prae. At Mc²O¹⁰V¹ 76 fecit Deus O¹⁰P²Wb¹⁰] im. est. 81 ergo Bt²P²Wb¹⁰] igitur M² autem est.
9. 4-5 sicut...dictionis om. At Φ 5 est] enim add. At Φ 6 similes] est add. At M²P²V¹ 7 dictioni] et add. V¹ unde add. P²
19 masculine...feminine...neutraliter Mc²P² 20 uel M²P²Wb¹⁰] ut V¹ aut est. 22 Quicumque] substantia add. P²Wb¹⁰ res add. Bt
24 Catelina Bt²P²Wb¹⁰] om. est. 32 hic om. P²V¹ 38 album] post uidisti At O¹⁰Wb¹⁰ sortem prae. Mc²(et sic 39) 45 Non...quia
M²P²Wb¹⁰] om. est.

Quotcumque digitos olim habuisti modo habes,
sed olim habuisti paruos,
ergo modo habes paruos.
50 Non sequitur, quia mutatur quantum quantitatis
discrete in quantum quantitatis continue.

Et notandum quod non facit fallaciam figure
dictionis mutatio predicamentorum quantum ad rem
significatam, sed quantum ad modum significandi.
55 Albedo enim significat qualitatem, sed significat eam
per modum substantie, quia non significat eam ut
inherentem; sed album significat eam per modum
qualis, quia significat eam ut inherentem. Vnde hic
non est fallacia figure dictionis :

60 Quicquid heri uidisti hodie uides,
albedinem heri uidisti,
ergo albedinem hodie uides.
Erit autem fallacia figure dictionis, si procedatur sic :
Album heri uidisti,
65 ergo album hodie uides.

Tertius modus prouenit ex eo quod aliqua dictio
que significat quale quid, uidetur significare hoc
aliquid; et contingit quando quale quid transmutatur
in hoc aliquid. Et dicitur significare quale quid, quod
70 significat naturam communem generis uel speciei,
secundum quod pertinet ad tertium modum; hoc
aliquid uero, quod significat substantiam particularem.
Si enim sumatur quale quid significare quod pertineat
ad genus qualitatis, sic mutare quale quid in hoc
75 aliquid pertinet ad secundum modum. Et formatur
sic paralogismus :

Sortes est alter ab homine,
ipse autem est homo,
ergo est alter a se.
80 Non sequitur, quia proceditur ab homine ad Sortem,
et sic mutatur quale quid in hoc aliquid. Et ad hunc
modum reducitur omnis deceptio proueniens ex
uariata suppositione terminorum, ut cum dicitur :
Homo est species,
85 Sortes est homo,
ergo Sortes est species;
hic enim proceditur a simplici suppositione ad
discretam, et mutatur quale quid in hoc aliquid.

CAPITVLVM X

Sequitur de fallaciis extra dictionem. Que in hoc
differunt a fallaciis in dictione, ut supra dictum est,
quod in fallaciis in dictione principium motuum siue

causa apparentie est ex parte uocis, in fallaciis autem
extra dictionem ex parte rei. Sicut enim in fallaciis
in dictione deceptio prouenit ex eo quod alique
res, aliquo modo conuenientes secundum uocem,
accipiuntur ut eodem secundum rem : ita in fallaciis
extra dictionem deceptio prouenit ex eo quod alique res,
aliquo modo conuenientes uel differentes, accipiuntur
10 ut eodem simpliciter uel diuerse.

Sunt autem fallacie extra dictionem septem :
quarum prima est secundum accidens, secunda secun-
dum quid et simpliciter, tertia secundum ignorantiam
elenchi, quarta secundum petitionem principii, quinta
15 secundum consequens, sexta secundum causam et non
causam, septima secundum plures interrogationes ut
unam.

Accipiuntur autem hee fallacie secundum quasdam
uniuersales rerum conditiones. Nam ens aliud est per
se, aliud per accidens : et secundum hoc accipitur
fallacia accidentis; item secundum perfectum et
imperfectum accipitur fallacia secundum quid et
simpliciter; secundum autem oppositum et non
oppositum, fallacia ignorantie elenchi; secundum idem
25 et diuersum, fallacia petitionis principii; secundum
uero prius et posterius, fallacia consequentis; secundum
uero causam et causatum, fallacia secundum non
causam ut causam; secundum autem unum et multa,
fallacia secundum plures interrogationes ut unam. 30

CAPITVLVM XI

Dicendum ergo primo de fallaciis accidentis.

Sciendum est autem quod accidens hic accipitur
secundum quod diuiditur contra per se; per se autem
dicitur inesse alicui, quod inest ei secundum rationem
proprie diffinitionis. Vnde ad hoc quod est inesse per
se aut per accidens, tripliciter potest aliquid se habere.
Quedam enim sunt que omnino sunt idem secundum
substantie rationem, ut uestis et uestimentum : et in
istis est solummodo per se, et nullo modo per accidens.
Quedam uero sunt quorum unum est extraneum a
ratione alterius, sicut se habet album et homo : et
in istis est solummodo per accidens, et nullo modo per
se. Quedam uero sunt quorum unum aliquo modo
pertinet ad rationem alterius, licet non sint omnino
eadem secundum diffinitionem, sicut se habet superius
15 et inferius; nam superius ponitur in diffinitione
inferioris, sed tamen non est omnino eadem diffinitio
superioris et inferioris, ut animalis et hominis, cum

47 Quotcumque BtMc²] quoscumque P² quantoscumque est. 50 quantum...quantum] predicamentum substantie in predicamentum P²
65 hodie McP²] post uidet V¹ om. est. 66 prouenit P²Wb¹⁰] est(om. O¹⁵) est. 68 transmutatur] mutatur M²V¹Wb¹⁰ 72 quod M²
om. BtO¹⁵ significat prouenit. est. 73 significare] -ans P² pertineat P²V¹] -inet ω pertingat est. 74 mutare...aliquid] mutatur...
aliquid quod P² 80 homine...aliquid] hoc aliquid ad quale quid P² 83 uariata] uaria BtM²V¹ uariatione P² 85 Sortes est homo
ante Homo est species At Φ
10. 2 ut...est om. P² supra At O¹⁵V¹] om. est. 6-8 alique...rem] unum nomen plura significans accipitur ac si significaret unum Φ
8 fallaciis] hiis que sunt Φ 21 accipitur] sumitur At Φ 25 fallacia om. At M²V¹ ignorantie] -tia M² secundum ignorantiam At
O¹⁵V¹ 25 idem At P²] uero add. Bt O¹⁵V¹ autem add. est.
11. 2 hic om. At O¹⁵V¹Wb¹⁰ 6 tripliciter] tamen At om. Φ potest aliquid M²P²] ins. est.

9. 87 simplici...discretam : cf. Petrus Hiep. *Summulae* tr. VI n. 4 et 5 (De Rijk, pp. 80-81).
10. 12 fallacie...septem : cf. Arist. *El. soph.* cap. 4 (166 b 21-22).

diffinitio inferioris addat supra diffinitionem superioris.

20 Et simile est de proprio et specie; nam species ponitur in diffinitione proprii, non tamen species et proprium sunt omnino idem in diffinitione. Et in hiis est quodam modo per accidens, in quantum partim secundum diffinitionem conueniunt et partim differunt.

25 In hiis ergo que primo modo se habent, necesse est ut quicquid est uerum de uno sit uerum de alio, eo quod talia sunt penitus eadem secundum rem et differunt secundum nomen solum; unde in hiis non contingit esse fallaciam accidentis. Sed in omnibus 30 aliis non est necessarium quod quicquid est uerum de uno sit uerum de alio; et ideo si ex hoc quod aliquid est uerum de uno, concludatur esse uerum de alio, est fallacia accidentis.

Contingit autem quandoque ut quod est uerum de uno sit uerum de alio, quando scilicet aliquid attribuitur uni secundum quod est idem alteri: tunc enim et alteri inerit; si uero attribuitur uni secundum quod est ab altero diuersum, non inerit alteri. Sicut si album attribuitur animali in quantum penitus est 40 idem homini, oportet quod conueniat homini; si autem ut est diuersum ab homine, non conueniet homini; et si concludatur inesse, est fallacia accidentis, sicut si dicatur:

Animal est quadrupes,

45 sed homo est animal,
ergo homo est quadrupes;

'quadrupes' enim non predicatur de animali secundum quod animal est idem homini, sed secundum quod est ab homine diuersum. Vnde patet quod in predicto 50 argumento medium diuersimode accipitur: nam primo accipiebatur secundum quod est diuersum ab homine, secundo secundum quod est idem homini. Et nota quod, quando est fallacia accidentis, semper est diuersa medii acceptio; dico autem diuersam medii 55 acceptionem quando medium, secundum quod conuenit cum una extremitatum, est diuersum ab alia.

Fallacia uero accidentis est deceptio proueniens ex eo quod aliquid assignatur similiter inesse utrique eorum que sunt aliquantulum per accidens unum. Ex 60 quo patet quod semper in fallacia accidentis inueniuntur tres termini sicut in syllogismo: quorum duo per accidens aliquo modo coniunguntur, qui quidem se habent sicut medium et minor extremitas; tertium uero, quod similiter assignatur utrique inesse, est 65 maior extremitas. Causa apparentie in hac fallacia est unitas quedam et ydemptitas eorum que sibi per accidens aliquo modo coniunguntur; causa uero non existentie est diuersitas eorum: nam, sicut dicit

Philosophus in I Elenchorum, fallacia accidentis fit ex eo quod aliquis non potest diiudicare idem et 70 diuersum, unum et multa.

Sunt autem tres modi huius fallacie. Primus modus prouenit ex eo quod proceditur ab accidente ad subiectum, uel e conuerso, sicut hic:

Cognosco Coriscum,
Coriscus est ueniens,
ergo cognosco uenientem.

Non sequitur, quia ueniens et Coriscus sunt unum per accidens et non per se, unde non sequitur quod quicquid est uerum de uno sit uerum de alio. Hoc 80 enim fallit quando aliquid est uerum de uno secundum quod est diuersum ab altero, sicut hic: Coriscus enim non subiaceat cognitioni secundum quod est idem ueniens; unde patet quod est diuersificatio medii, et sic est fallacia accidentis. Similiter hic:

Iste canis est pater,
et est tuus,
ergo est tuus pater;

canis enim et pater sunt unum per accidens, unde non sequitur quod quicquid est uerum de uno sit uerum 90 de alio: secundum enim quod canis est pater non conuenit ei esse tuum.

